
PROMPTUARIUM BENE RECTEQ. VIUENDI. AD S.D.N. PAULUM 5. PONT. OPT. MAX. EX...

Maroldo Maroldi




ZIONALE
VITT. EMANUELE
14
6 N
24


PROMPTVARIVM BENE RECTEQ. VIVENDI.

AD S. D. N. PAVLVM V. PONT. OPT. MAX.

EX OPTIMIS QVIBVSQ. CVM SACRIS tum profanis Auctoribus, veteribus, & recentioribus, tam Græcis, & Arabis, quam Latinis summa fide collectum.

PER MAROLDVM MAROLDVM Artium, & Medicinæ Doctorem, Ciuem Vtinensem, atque Romanum.


Opus nouum, cunctis non minus vtile, quam necessarium.



ROMAE, Apud Stephanum Paulinum. MDCVIII.
Superiorum permissu.

S. D. N.
PAVLO QVINTO
PONT. OPT. MAX.

MAROLDVS MAROLDVS
Fælicitatem æternam.





RINCIPVM Imperia à Deo optimo Maximo esse, Pater Beatissime cum omnia, verissime à sapientibus dicitur, tum id præcipue quo Christiana respublica vniuersa non tam humanis, quam diuinis legibus constituta regitur, ac gubernatur. Nam, cum huic sacrosanctæ Ecclesiæ præsit Christi Vicarius eum afflatu cælestis Spiritus deligi, ab eodemq. in Petri Nauicula fœliciter moderanda dirigi non est dubitandum. Quod vt verissimum esse probetur, non est sanè ex vetustis annalium monumentis repetendum; sed in te ipso PAVLE QVINTE Pontifex Maxime perspicue videmus, datum te orbi Christiano à Summo Deo, qui incredibili sapientia, atque iustitia tanti Imperij frena tractares. At

qui, vel initia, vel progressus anteactæ vitæ tuæ recordetur, facile intelliget, diuinam sapientiã, quæ attingit a fine vsque ad finem fortiter, te per quosdam paulatim virtutum, atque honorũ gradus ad istam sacratissimi Pontificatus Sedẽ extulisse. Natus quippe optimis, honestissimisq. parentibus, ex vtraque familia nobilis, ita es ab ineunte ætate educatus, vt pietatẽ cum litteris, doctrinam cum virtute coniunxeris, ac Patris in primis celeberrimi I. C. sequens vestigia, summam adolescens prudentiæ famam in Romana Aula sis consequutus. Delectus inter Patres, qui causas ad Principem referunt, & in eis suscipiendis integritatem, & in exponendis diligentiam, & in probandis eruditionem maximam ostendebas. Quamobrem cum alia tibi grauia negocia committi solebant, tum vt pro Legato Bononiã Ecclesiasticæ ditionis vrbem clarissimam administrares, a Sixto V. Pont. Max. concessum est. Munus Auditoris Cameræ, quod grauissimum est, amplissimæq. auctoritatis in Republica Christiana, à Sixti successore Gregorio XIV. obtinuisti, successorq. Gregorij Clemens VIII. dexteritatem tuam in rebus agendis, fortemq. animum plurimi faciens, te pro rebus momenti maximi tractandis extraordinarium Nuncium ad potentissimum Hispaniarum Regem Philippum II. destinauit: idem Clemens quasi aditus tibi gra

datim

datim ad apicem ſummi ſtruens Apoſtolatus, in Purpuratorum Patrum ordinem te cooptauit: idem in Vrbe Vicarium ſuum conſtituit: idem plurimis alijs ornamentis affecit, teq. ſummo in honore ſemper habuit: vt mirandum non ſit, ſi eo ad meliorem vitam vocato, breuiq. ex humanis etiam Leone XI. erepto, te diuinitus in Petri Sede viderimus collocatum. ſtatim apparuit à Domino iſtud factum fuiſſe, quod eſt mirabile in oculis noſtris. Ea enim ipſo initio Principatus ſigna bonitatis tuæ, religionis, clementiæ, iuſtitiæ, omniſq. virtutis oſtendiſti, vt nemo dubitet, quin ſis fidelis ille ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuam. Apoſtolicæ Sedis propugnator acerrimus, armis, & ſpiritualibus, & temporalibus eam defendere non formidaſti, illud efficiens, vt de temporibus tuis dici veriſsime poſsit: Iuſtitia, & Pax oſculatæ ſunt, Veritas de terra orta eſt. Religionem vero, cuius caput es, ac Princeps, quam amplectaris, celeberrima Vrbis Templa, quæ a te magnificentiſsime exornantur, declarant. Præcipue vero Aedem in Eſquilijs, Deiparæ Virgini miraculo Niuium dedicatam, memor, quod in ea olim Vicarij munus exercueras, nobiliſsimo ſacello exornandam aſſumpſiſti. Templumq. D. Petri in Vaticano, in quo Sanctiſsimi Apoſtoli corpus requieſcit, quodq. iam centum, & amplius an-

nos fabricæ inchoatæ finem expectat, tua pieta-
te, ac munificentia celeriter perfectum, & abſo-
lutum, videre ſperamus. Quid in reliquis pu-
blicis operibus ſumptus tuos, magnificentiãque
cõmemorem? illuſtrantur nouis ædificijs ædes,
hortiq. Vaticani; in eamdem regionem Aqua à
trigeſimo milliario inducitur limpidiſsima, ac ſa-
luberrima. Ex quibus omnibus, alijſq. magnitu-
do animi tui, ac generoſitas eluceſcit: ſed admi-
rari ex omnibus operibus tuis illud in primis par
eſt, quam tenaciter, ac diligenter æquitatem, &
iuſtitiam colas, quæ vna virtus maxime Princi-
pem decet, & cuius obſeruantia te Principatu
digniſsimum oſtendis, quippe cum eius lancem
tanta rectitudine teneas, vt non amore, non
odio, non metu, non ſpe ab eo, quod rectum eſt
deflectas, nec inopes potentia diuitum opprimi
ſinas, nec potentes inuidia pauperum flagrare
permittas. Quam vero faciles ad te aditus omni-
bus præbes? quam vtrique parti aures attentas
exhibes? quam ſincere iudicas? quam ægrè cõ-
demnas? quam libenter miſereris? Memor ſacri
illius dicti, Miſericordia ſuperexaltat iudicium.
Sed quo me commemoratio tuarum laudum
Beatiſsime Pater, abſtraxit? in quas equidem nõ
aſsẽtatione, neq; ſtudio ingreſſus ſum, nec quod
eas me conſiderem complecti poſſe dicendo, cũ
ſinceriſsimis, & eloquẽtiſsimis ſcriptoribus vbe-

rem

rem materiam ſint ſuppeditaturæ. Cæterum cum Sacratiſsimo nomini tuo opus dicare vellem, quod Promptuarium inſcripſi, in quo præter ea, quæ ad ſanitatem corporis pertinẽt: cuius ego curam iam pridem profiteor, multa etiam ad mores, ac virtutes pertinentia, multa œconomica, & politica continentur, nonnullam operi ipſi gratiam me conciliaturum exiſtimaui, hac qualicunq. laudum tuarum commemoratione, cum reuera Sanctitatem tuam Promptuarium omnium appareat, & ſpecimen eſſe virtutum. Et vero, vt idem hoc opus ſacratiſsimo nomini tuo conſecrarem, præter illam communem cauſam, qua ſubditi omnes Principi ſuo, ac tali præſertim Principi omnia ſua deferre debent; multa ſunt priuatim, propter quæ Sanctitatem tuam præcipuo ſtudio colere, ac venerari debeã. Diu enim eſt, cum me incredibili humanitate in clientelam tuam recepiſti; Præſidium mihi in rebus meis, & fidum propugnaculum ſemper fuiſti, ac poſtquam in iſtam cælo proximam ſedẽ aſcendiſti, demittere ad me oculos benignitatis tuæ, meq. fouere humaniſsimè non deſiſtis. Hoc profectò animum mihi addit, vt primitias has tenuis ingenij induſtriæq. meæ tibi dicatas eſſe vellem, libellum, in quem, varias ex Sacris, ac profanis Scriptoribus ſententias ad vſum vitæ cõtinentem, ego hincinde diſperſas in vnum

hoc

hoc Promptuarium, quam optima potui methodo, ac distinctione collegi. Quæso igitur ab ipsa humillimeque postulo, vt hoc qualecumque obseruantiæ, ac deuotionis meæ pignus, & monumentum læta fronte, benignoq. animo dignetur accipere. Nec enim diffido, quin ope, ac beneficētia ipsius adiutus maiora, ac meliora aggredi valeam, in diesq. magis meum, cum in te, tum in vniuersam Illustrissimam familiam tuam studium, obseruantiamque testari. Interim Deum Opt. Max. obnixè precor, vt Sanctitatē tuam, ad Ecclesiæ suæ salutem, atque ornamentum, quam diutissimè seruet incolumem.

PROOEMIVM.



VAMPLVRIMA quidem in vita vtilia eße, & humano generi commoda, nemo est qui ambigat: scripsere philosophi multa, scripsere mathematici excogitata, & inuenta ad ingenia hominum excolenda. Magnum fuit (ne mentiar) secreta Naturæ rimari, & Cælos scandere, atque inde ad nos doctrinam, & artem earum rerum traducere, quæ auctor, & parens omnium Deus procul ab oculis mortalium collocauerat, & cum tantam pulchritudinem, tantum, ac tam perpetuum ordinem admirantes intueremur, maiestatem diuini numinis merito collaudaremus. Negari certe non potest, quin ex hac philosophandi ratione magna vtilitas ad homines peruenerit, ingenio præsertim vtentes, quippe qui pulchritudine diuinitatis commoti humana contemnentes, vitam cælestem in terris ducere nituntur. Verum (vt ait Poeta) non omnia poßumus omnes: inuenienda igitur via fuit, quæ omnibus aditum ad fœlicitatem præstaret, ne solis philosophis consultum videretur. Ea certe rerum antea gestarum cognitio est, quas nostrum Promptuarium bene recteq. viuendi continet, ex quo non quid vna, sed quid omnes ætates egregie fecerint, & dixerint colligentes, magistram vitæ nostræ vetustatem ipsam habituri, priuati etiam quouis imperio digni existimamur. Præterea vero ex hoc nostro promptuario benè, recteq. viuendi ad artem medicam, ad sapientiam, ad prudentiam, ad fortitudinem, ad modestiam, ad omnes deniq. virtutes animi hominum ita cõcitantur, vt laude ipsa nihil antiquius; turpitudine autem nil detestabilius existiment. Quod si veteres illi, apud quos virtus in pretio fuit, celebrari maiorum

iorum suorum statuas in foro collocatas, pro templis, & aliis in locis publicis volebant, ad utilitatem hominum respicientes: quanti a nobis faciendum est Promptuarium bene, recteq. viuendi, quod non mutũ, vt statuæ, non vanũ vt picturæ, sed veras præclarorũ virorũ imagines nobis exprimit, quibuscum loqui, quos consulere, & imitari vt viuos fas est? Addo præterea, quod Promptuarium bene recteq. viuendi, quod vitam hominum continet, ad Principem, ad Rempublicam, ad Consiliarium, qui modo recte, & prudenter administrare cupiunt, ad recuperandam, & conseruandam sanitatem, ad eloquentiam, ad humanitatem, & deniq. ad vsum rerum quauis facultate gerendarum confert plurimum. Atque adeo quidem, vt eos etiam qui rebus gestis nequaquam interfuere, dum aliquid composite, atq. eleganter narrant, supra cæteros sapere, & intelligere arbitremur. Quare hanc diuinam artem, per quam homo homini quasi Deus quidam efficitur, diuinum inuentum grauissimi, & sapientissimi viri semper appellarunt, & diuinæ litteræ nobis ad salutem traditæ eius professores ad tuendum, & conseruandum mortalium genus singulari Dei beneficio necessario procreatos, & idcirco debito honore prosequendos esse clarissimis, & disertissimis verbis admonent. At vero cum hæc nobilissima facultas, multarum artium adiumentis, & ministerio indigeat, & inter cætera septẽ artibus liberalibus, scilicet Grãmatica, Rhetorica, Logica, Arithmetica, Musica, Geometria, Astrologia, & quantum necessaria sit ipsa Astrologia, non solum Philosophi, sed etiam SS. Patres dicunt, vt S. Bonauentura lib. 2. distinct. 14. quæst. 3. S. Thom. 1. par. quæst. 115. ar. 5. in resp. 3. Damascenus 1. Orthodox. fidei c. 7. Scotus lib. 2. sententiarum distinct. 14. quæst. 3. in respon. ad argumẽta vers. sed quid de infirmitatibus. dicit, quod est conueniens

niens,& necessariū,quod bonus Medicus habeat scientiā Astronomiæ:poßunt etenim medici propinare aliquo tempore medicinam,quæ interficit, quæ tamē alio tempore liberaret. August.de Ancon.in lib.de potestat. Eccles.quæst. 109.art.5.inquit,quod medici peccant dantes medicinam non in debitis signis Astrorum, quia sicut neceßario corpora humana subduntur influentiæ corporum supercœlestium, sic necessario requiritur debitorum signorum influentia in ægritudinum corporalium curatione. Vnde si Medici dant medicinam in signis cholericis parum proficiunt,quia corpus nihil,vel parum mouebitur:si vero in signis phlegmaticis, medicina faciliter corpus laxat,propter quod sicut Medici in curatione ægritudinum obseruant dies criticos,qui determinātur secundum cursum solis,& lunæ,ita in datione medicinarum debent obseruare debita signa Astrorum. Ideo scripsit Arist. ad Alex. vt nec comederet , nec biberet,nec aliquam medicinam sumeret sine consilio periti in arte Astrorum. Hippocrat. etiam idem affirmat in lib. de Aere. aq. & loc. in princ. dum dicit:ad rem medicam plurimam partem conferre ipsam Astronomiam , & recta via procedere , cum vna cum temporibus & ventriculi in hominibus mutentur,& in lib.de carnib.idem affirmat.Galen. quoque 3.de dieb. decr.cap.2.6.Arist.9.Metaph cap.17.19.& 4.de Gener. animal.c.vltimo.Auicen 4.can.fen.1.tract.4. c.1. & 1. cant. 104.& ego etiam obseruaui supra 30.annos cum fælicissimo successu.Cosmographia, & Geographia necessariissimæ sunt,cum complexiones,& mores,inter se sunt diuersissimæ , & ideo Medicus debet esse vniuersalis in omnibus scientijs, tum quia materia,in qua laborat,homo est,æternum animal,atque immortale,cuius causa rerum hanc vniuersitatem à Deo factam non Theologi tan-

tum

tum sed meliores philosophi sentiunt. Magnum miraculum est homo dicebat olim Mercurius ille Trismegistus, in cuius scilicet natura, quidquid amplissimo hoc mūdo latius explicatur, quodā veluti compendio continetur, Homo duplici natura constat, animo scilicet, ac corpore, eius veluti sede, ac domicilio; nec quidquam esse in maiore illo, quod non in minore hoc veluti mundo reperiatur, facile apparet. Materiā enim illam rerum omnium inferiorum parentem, & quæ ex ea proxima oriuntur elementa, in nobis esse ipse fatalis dies atq. interitus declarat: flatus autem in homine geniti, ventos, vapores, nubes, distillationes, pluuias, rugitus, tonitrua, exustiones, incendia repræsentant, vt nihil in sublimi generetur, quod non itidē in homine inueniatur; ossa, & cartilagines; metallici vis animæ nutriens, ac generans plantas, sensu, ac motu, qui est de loco ad locum perfectiora animalia nobis referunt: spiritus porro, quibus & substantiæ summa tenuitas splēdor, & calor almus, clemens, suauis, & blandus inest, elemento stellarum proportione respondere, Arist. affirmauit lib. 2. generat. animal. c. 3 dicens, nec vero homini deest illa perfectio, qua præditæ sunt cælestes illæ mentes, quæ perenni ac sempiterno motu immensos illos globos agitant, ac circūuoluunt. Est enim in animo humano vis, ac facultas nobilior, atq. præstantior, quæ res simplici apprehensione sine motu, aut tēpore intelligit, ac intuetur, qua sola ratione diuinis mentibus similis euadit. Licet autem non omnes homines eam vim explicēt, ac declarēt, ad hoc tamē nati sunt, atq. ea pollent, sed prauæ educationis vitio, affectuum impotentia, ac nimio voluptatum commercio, a nobilissima illa actione impediuntur vt docet Galen. in lib. quod animi mores c. 6. quod nullus sponte malus, sed ex improbo corporis habitu, & in eruditis educationibus malus efficitur. Cum in

lib.

lib. Histor. c. 18. in fin. idem affirmat dicens, qui magna praestare cupit, statim à teneris annis virtuti, recteq. educationi assuescat. Plato etiam lib. 6. de Repub. docet, quamuis magna ingenia si nata fuerint, praua educatione tanto euadunt deteriora. Plures tamen, & olim fuisse, & nunc etiam esse qui ad illum perfectionis gradum sese ex tulerunt, illi saltem persuadere nobis debent, qui immortali beneficio rerum abditarum cognitionem, praeclaris litterarum monumentis nobis reliquerunt. Caeterum Pythagoras grauissimus olim philosophus e diuina mente decerptos, ac dilibatos animos nos habere constanter asseuerabat. Porrò autem quis furorē dilirium, insaniam, melancholiam, phrenitidem, animi stuporem, memoriae tandem ingenij ac mentis, vitia emendabit, praeter medicum? quis maior vitiorum hostis quam medicus? quis in sobrietate, & castimonia commendanda studiosior? quis in crapula vitanda, ira moderanda, quibusuis denique affectibus refrenādis acrior? quid obsecro sibi volūt vetera illa adagia, indiget elleboro, nauiget Antyciras? nonne Medicum esse animi curatorem? odium, ira, inuidia, moestitia, ac reliquae huiusmodi perturbationes, nonne animi vitia sunt, quae ex prauo humore, mentis organa obsidente proficiscuntur? quibus frustra se aut philosophus, aut Sapiens, aut Theologus opponat, nisi Medicus humorum colluuiem, aut bene rectaq. viuendi ratione, aut medicamentis prius repurgarit. Quod itaq. totius hominis, veluti Deū quēdam Medicum constituerim, nemo, vt arbitror merito me potest accusare. Ex fine quoque medicam facultatem summam consequi nobilitatem principio dicebamus: is sanitas est, qua nihil homini vtilius, aut iucundius esse potest, sine qua nulla est caeterarum rerum voluptas. Quid autem corporis sanitate melius, quid vtilius, quid hac vita potest esse iucundius? quid

Regi-

Regibus Imperij amplitudo, quid Ducibus, ac Imperatoribus rei militaris gloria, quid eruditis viris scientiæ oblectatio prodest, si deinde iaceāt infirmo, & afflicto corpore? Porro hæc vnius est medicinæ laus tam præclarum mortalibus bonū cōparare, sine quo reliqua bona nihil, aut parū vtilitatis, aut iucūditatis nobis afferre possunt. Vnde hoc Prōptuariū puerorū iuuenū, & hominum vtilitate motus, tā amplū opus, tamq. præclarū relinquere volui, vt deinceps haberent posteri nostri, quoad bene recteq. viuendum incitarentur, cum legendo perdiscerent, quid imitari, quidue fugere oporteret. Verum iam tandem huic proœmio finem imponam, vbi lecturos prius admonuero, non esse mirandum, si cumulaui tot varia simul, adeo enim hæc simul connexa sunt, vt alterum sine altero exprimi nequiuerit. Legant ergo æquo animo, & si quid emolumenti ex hoc nostro Promptuario bene recteq. viuendi, quod ad me dicum pertinet, perceperint, gratias agant Deo Opt. Max. vt melius, & quamcitissime possim, veram, vtilem, rectāq. rationem, quam præ manibus habeo medendi omnium morborum, non solum ab Hebraicis, & Græcis, sed ab Arabibus, atq; Latinis tam priscis, quam recentioribus; maximo labore collectam, in lucem edere.

AVCTORVM NOMINA
ex quibus decerptæ sunt sententiæ, quæ hunc in librum sunt congestæ.

Græci Autores.

Agapetus.
Apuleius.
Aristoteles.
Chrysippus.
Democritus.
Demosthenes.
Diogenes.
Euripides.
Galenus.
Herodotus.
Hesiodus.
Hippocrates.
Homerus.
Isocrates.
Lucianus.
Plato.
Plutarchus.
Polybius.
Ptolomæus.
Sodiades.
Theocritus.
Thucydides.
Xenophon.

Arabes.

Auicennas.
Io. Damascenus.
Haly. Rasis.

Latini.

Aulus Gellius.
Ausonius.
Cæsaris comment.
Cato.
Columella.
Cornelius Tacitus.
Fabius Pictor.
Horatius.
Iustinus.
Iuuenalis.
Lucianus.
Martialis.
M. Cicero.
M. Varus.
Ouidius.
Panormitanus.
Persius.
Plautus.
Plinius senior.
Plinius Iunior.
Propertius.
Q. Curtius.
Quinctilianus.
Sallustius.
Senecea.
Sidonius.
Silius Italicus.

Stra-

Strabo.
Suetonius.
Val. Max.
T. Liuius.
Terentius.
Virgilius.

Sacri.

Ambrosius.
Anselmus.
Antoninus.
Augustinus.
Basilius.
Bernardus.
Biblia sacra.
Bonauentuta.
Chrysostomus.
Concilium Tridentinum.
Cyprianus.
Gregorius.
Hieronymus.
Hilarius.
Leo Papa.
Rhemigius.
Thomas Aquinas.

Illustres Viri Christiani.

Augustinus de Ancona.
Aurelius.
Bartholomeus Anglus.
Beda.
Boetius.
Cæsarius.
Cassiodorus.
Claudianus.
Cornelius Celsus.
Damascenus.
Dionysius.
Francisc. Guicciardinus.
Fulgentius.
Hugo.
Innocentius.
Io. Ant. Maginus.
Isidorus.
Iuris Consulti.
Lactantius Firmianus
Nazianzenus.
Origenes.
Petrus Damianus.
Philippus Cuminius.
Platina.
Pius 2. alias Aeneas Piccol.
Prosper.
Scola Salernitana.
Scotus.
Tertullianus.
Theodorus Gaza.
Vegetius.
Volaterranus.

DE DEI CVLTV.

Cap. I.



DILIGES Dominum Deum tuum ex toto corde tuo,& in tota anima tua, & in tota mente tua. Diliges proximũ tuum ſicut te ipſum. In his duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & Prophetæ. Matth. c.22.

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Ad Rom. c. 8.

Deum time, & mandata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. Ecclеſ. 12.

Dominus propè eſt omnibus inuocantibus eum. Pſalm 144.

Regnum, quod Deo vero non ſeruiet, peribit. Iſaias 60.verſ.12. Amos 9. verſ.8.

Deus dat regna, & adimit. Daniel 3. Cumin.c.138.

Per Deum reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Salom. c. 8.

Omnis Principatus,& omne dominiũ eſt à Deo. Tho. 2.d.44.quæſt.12.opuſc.20. lib.3.cap.1. vſque ad 8.

Deus regnorum diſpenſator eſt. Auguſt. lib.4.

Deus dat regnum bonis, & malis, ſecundum ordinẽ rerum, & temporum nobis occultum. Felicitatẽ autem dat ſolis bonis. Aug. lib.5.

Deus dat populis Principem, prout eos vult vel caſtigare, vel ſubleuare. Cumin.c 96.

Ad Deum pertinet regnorũ diſpoſitio,& datio. ibid.

Tria ſunt, quæ valde Deo placent: Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir,& mulier bene ſibi conſentientes. Eccleſ. 25.

Tria ſunt, quæ valde diſplicent Deo: Pauper ſuperbus, diues mendax, & ſenex fatuus, & inſenſatus. ibidem.

Si bene feceris,ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certe a Domino. Eccl. 12.

Bona,& mala, vita,& mors, paupertas, & honeſtas à Deo ſunt. Eccl. 11.

Guſtate,& videte,quoniam ſuauis eſt dominus: beatus vir,qui ſperat in eo. Accedite ad eum, & illuminamini,& facies veſtræ non confundentur. Pſal. 33.

Deus,quam bonus his,qui recto ſunt corde. Pſal. 72.

Scimus,quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. ad Rom. c. 8. lib. 1.

Si Deus pro nobis,quis contra nos. ibidem.

Deus,quos amat, arguit,& caſtigat. Hebr. lib. 1. c. 12.

Deus eſt adiutor in bonis redēptor in malis. Aug. l. 8.

Amando non ambulando itur ad Deum. Aug. lib. 2.

Homines amando Deum, efficiuntur Dei: amando mundum efficiuntur mundus. Aug. lib. 10.

Diuino intonante præcepto,obediendum eſt, non diſputandum. Aug. lib. 8. ſicut Abraam fecit.

Deo nihil magis placet, quam obedientia. Aug. li. 9.

Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur eis afflictio. Sal. 10.

Qui Deum ex toto corde,& ex tota anima,& ex tota virtute diligit, locum vitijs non relinquit. Nō enim intrat diabolus, cum Deo totus occupatus eſt animus

mus

mus. Diabolus enim vacantem desiderat, nudatum perquirit: sed vbi Deum reperit, sub magna con- confusione recedit. Visibilia cum aliquo liquore plena sunt, superuenientium augumenta non capiunt. Ita nos diuina charitas si totos repleat, non erit qui crimen introeat. Cassad. super ps. 41.

Deo optimo maximo singulis diebus gratias agite, sic meliores fietis.

Deum ante stantes, ne sitis corde vagantes: dum cor non orat, in vanum lingua laborat.

De Deo parce, nec nisi maxima cum reuerentia loquamini.

Iurare nolite nisi, vel vt amicum à periculo, vel vos ipsos de graui crimine liberetis.

Iurare nolite secreto, ne si sitis liberi, vos seruos reddatis.

Cum prudentiæ res non subiacent, à Deo auxilium implorate.

Qui à Deo scientiam quærit, animum à vitijs, corpus à cibis mundum habeat.

Nolite laborare in sensibus sacræ paginæ: multiplices enim sunt, & cum periculo labor est.

Quæcunque vobis bona euenerint, à Deo accepta scitote.

Nolite credere spectra, aut mortuos videri: sed nec tentate, multa enim latent.

Nihil ritè, nihilq. prudenter auspicantur homines sine Dei immortalis ope, & consilio. Itaq. rerum agendarum initia à precationibus sunt capienda.

Deus est prius inuocandus in periculis, & bellis suscipiendis. Herod lib 7.

Homo cogitat, & Deus disponit.

Absq. Dei inuocatione bella suscepta ferè sunt infelicia. Tit.Liu.lib.5.

Quo quis in Republica maiorem gradum dignitatis est cõsequutus: eo Deũ colat sũmissius. Agap.c.19.

Seruire Deo, regnare est.

Vox Populi, Vox Dei: Cumin.c.17.

Qui timet Deum, faciet bona.

In calamitatibus Principum, primum & præcipuum remedium est recurrere ad Deum. Secundum, amicum quempiam fidum habere, cui communicent tuto, & libere sua consilia, & quæ salutaria sunt audiant. Cumin.c.90.

Deus generis humani curam gerit, itaq. iustos Principes beatos in hac, tũ in futura vita facit, iniustos autem vtrobique punit. Plat.lib.10. de Repub.



DE VITA.

Cap. II.



DE vita maxima ratio habenda est, cum ipsa sit principium omnium.

In hac vita nihil est securum. Augus.lib.1.

Vita mortalium plena est calamitatum. idem lib.6.

Vita nostra incipit à fletu, quando nascimur. idẽ l.5.

Vitæ huius mundi spe, ac negotijs. idem lib.6.

Qui tantum istam vitam cogitat, bestijs est similis. idem lib. 9.
Qualis de ista vita exieris, talis redderis alteri vitæ. idem lib. 8.
Vita corrigenda est ante mortem. idem lib. 10.
Vita præsens, bellum est assiduum. idem lib. 9.
Viuere diu, aut semper viuere, non magnum est: sed beate viuere magnum est. idem lib. 10.
Viuere bene, ac diu quærunt homines omnes in hac vita. idem lib. 10.
Vita nostra dilectio, & odium mors. idem lib. 8.
Viuere bene discat, qui bene vult mori. idem lib. 9.
Viuere hic iusti non possunt sine persecutione. idem lib. 10.
Vita optima est secundum virtutem viuere. Gal. de hist. Phil.
Melius est bene viuere, quam vita. Arist. top. 3.
Dei munus est, quod viuimus: philosophiæ autem, quod bene viuimus. Stoi. apud Plut. de ser.
Mali ideo viuunt, vt edant, bibantq. sed boni ideo cibum sumunt, ac potum, vt possint viuere. ibidem.
Non malum est viuere, sed male viuere. Diogen. lib. 7.
Vitæ fons eruditio possidentis: doctrina stultorum fatuitas. Salom.
Vita, & mors in manu linguæ, qui diligunt eam comedent fructus eius. Salom.
Nihil melius est, nisi lætari, & facere bene in vita sua. Salom.
In vita amicitia summè necessaria est. Arist. 8. Ethic. cap. 1.
Animus gaudens, ætatem floridam facit: sed spiritus

tristis exiccat ossa. Salom. 17. 22.

Bella, pestem, famem, fugite: pauci enim ditantur: plurimi pereunt.

Naturæ intemperatæ corriguntur contrarijs, & seruantur similibus. Galen. de sanit. tuen. c. 12.

Naturę conuenientia, & gratissima gustu sunt dulcia, & pinguia. Gal. de sympt. caus. c. 6.

Natura gaudet semper consuetis. Hippocr. de rat. vic. in acut. c. 26. Galen. 8. Metho. meden. c. 9.

Natura ad ea, quæ placēt it: & refugit illa, quæ displicent. Galen. 9. meth meden c. 9.

Tempore cum in lecto decumbitis ab omni cura liberi omnino sitis.

Ferte Iacinthos in digitis ad somnum conciliandum, & aduersus pestem, & fulgura: & Smaragdum collo pueris suspendite ob comicialem morbum, & senibus ob vertiginem, & morbum attonitum, cerebrum enim confirmat: & Saphirum ad refrenandam, compescendamq. libidinem, & ad visum recuperandum, & venenum expellendum, & ad multa alia valet, vt à Fr. Bartholomæo Anglo in suo li. de lapid. pretiosis.

Dona ab ignotis oblata, vel quæ nescitis vnde veniant, nolite degustare.

In Conuiuijs vbi estis conuitati, si cogamini accedere, fidos habere pincernas.

Super plumam ne dormiatis.

Cauete aquam, quæ sine igne feruet: terram, quæ sine calore sudat: pluuiam, quæ sine nebulis est.

Nolite sedere in directo fenestrarum patentium.

Podijs ne adhęreatis: casu enim, vel dolo lętum afferre facile possunt.

Noli-

Nolite sedere super lapides, nisi in mensibus erratis:

Super lapides non sedi, crudum non comedi, cum vetula non coiui, cur moriar ?

Bona valetudo, maxime diuinum, suauissimumq. est condimentum. Plut. in Salubr. præcept.

Corpus requirit, ne famem, ne sitim, ne frigus patiatur. Arist. Pythag.

Salutis argumentum, placidi mores. Plin. lib. 17.

Nil salubre est, nisi quod toto anno salubre est. idē l 18

Medicus est improbus, & imperitus, qui alienum malum mederi appetit, & ipse quod patitur nescit. Greg. in past.

Democritus dicere solebat, homines precari quidē à Deo valetudinem, cuius tamen vim in semetipsis nesciant. Dum enim inordinatè viuunt, suæ ipsi valetudinis sunt proditores. Maxim serm. 17.

Homines sibi caueant à cibis, qui non esurientes ad edendum; & à potibus, qui non sitientes ad bibendum alliciunt. Stob. serm. 99. de sanit.

Cibo non satiari, non refugere laborem, seminis substantiā conseruare: hæc tria saluberrima esse. ibid.

Si vis incolumem, si vis te reddere sanum. Curas tolle graues, irasci crede prophanū. Scho. Saler. c. 1.

Parce mero, cœnato parum, non sit tibi vanū. idem.

Post prandium stabis, post cœnam passus mille meabis. idem.

Somnus laborem, labor cibum, cibus potum, præcedat, ac superet.

Cibus, potus, somnus, venus, omnia moderata sint. Hipp. 6. Epidem.

Cibi vnius generis singulis vicibus estote contenti, nam etiam edacitas suos perdit.

Aqua vobis vino potior ſit, inter vina autem potius album, quam nigrum, ſiue rufum.

Fungos, nec anguillas, aut ranas edatis. Nec quod ſub dentibus ſtridet, nec duo vina bibatis.

Qui vtitur coitu immediatè poſt cibum ſumptum, incurret podagram, & alios dolores. Auicen. 1. canti. c. 153. Haly lib. 8. ther. c. 38.

Cum meretricibus, aut concubinis nolite comedere.

Nihil aſſum, aut frixum, præter olera, aut legumina comedatis.

Res malè olentes, aut corrupti ſaporis, ne comedatis prorſus.

Cum exercitati ſudaueritis, nec comedatis, nec quieſcatis, antequam veſtes mũdas calidas indueritis.

Bis in die potius quam ſemel cibum capiatis. Celſus: lib. 1. c. 1.

Fercula multa morbos fecerunt, Sen. Epiſt. 96.

In tenui victu ægri ſæpe delinquunt, quo fit, vt magis lædantur: quicumq; enim error committitur, magnus maior in hoc fit, quam in paulo pleniori victu. Hyp. lib. 1. Aphor. 6.

Victus autem ratio ad ſanitatis, non voluptatis, aut auiditatis inſtituta ſit. Xenoph. de repub. Lacedẽ.

Cibum ſemper præcedat exercitatio. ibidem.

Vinum bibendum ſenibus, vt iuueneſcant, & eſt medicina contra eorum auſteritatem. Galen. quod animi mores c. 10.

Vinum iuuenibus inimiciſſimum, & nociuum. ibidẽ.

Diligentia victus corrigendi, & gubernandi ſunt morbi. Plat de natur. lib. 32.

Optimum vero medicamentum eſt opportune cibus datus. Cel. lib. 3 c. 4.

Si

Si sola victus ratione curare poteris, omnia prospera eueniunt. Io. Damasc. Arabus Aphor. 98.
Ventriculus dum plenus est, omnium humorum corpori fons est. Hipp. 4. de morb:
Membro enim validissimo affecto, totum corpus necessario afficitur. Hipp. de nat. hum.
Cum caput dolet, cætera membra languent.
Cerebrum ventriculo, & ventriculus cerebro suas affectiones transmittit, idq; propter neruorum à cerebro ad os ventriculi descendentium magnitudinem. Galen. 3 de loc. affect. c. 15.
Vteri omnium morborum causæ sunt in mulieribus. Hipp. de loc. in hom.
Quanto enim dextra sinistris validiora sunt, tanto maiora mala in his fiunt, secare, vel vrere, læthale magis est. Hipp. 3. de morb.
Si quis enim causas corporis affecti probe cognouit, potens est valde ei afferre quæ corpori cõmodent. Hipp lib. de flat. in princ:
Neminem posse morbos commode curare, qui corporis vniuersi naturam non perspexerit. Galen. 1. meth. meden. c. 2.
Medicus si sufficiens erit ad cognoscendum, sufficiens etiam erit ad curandum. Hipp. li. de art. & Galen. 1. & 3. de loc. affect.
Medicus cum morbum cognoscit facile, pellit. ibid.
Morbos autem non eloquentia, sed remedijs curari. Cel. in procem.
Æger non quærit medicum eloquentem, sed sanantẽ. Sene. epist. 78.
Ad rectè medendum plurimum confert, temporis occasio, & auxiliorũ quantitas. Gal. 1. ad Glau. c. 1.
Medi-

Medico non solum septem artes liberales scire conuenit, sed debet etiam esse vniuersalis in omnibus scientijs, quia versatur circa corpus naturale, qui mundus paruus est.

Facilius morbum cum tranquilitate,& generoso animo feres. Euripid.in Hippol.

Morbus non afferre debet socordiam, sed recuperata sanitas augere diligentiam.Dem. in 1. olynth.

Aegrotus implacidissima res est.Plut. de tranq anim.

Medicus in curando,mente, oculisq. præsto sit. Hipp. lib.de prædi. in princ.

Medicus circa morbos duo exercere debet, vt iuuet, aut non noceat. Hipp. de morb. popul. lib. 1. constit. 2. in fin.

Morbum semper nõ sanantem, variare oportet. Hip. de loc. in hom.

Medicina ex tribus constat, morbo, ægroto,& medico artis ministro. Ægrotum cum medico aduersari morbo oportet. Hipp. de morb. popul. lib. 1. constit.

Natura est morborum curatrix. idem c. 1. Galen. ad Trasi.26.

Natura autem stimulata,& impulsa artis peritis,quę facienda sunt, demonstrat. Hipp. de art.in fin.

Natura recte operante, nihil est innouandum.

Modum qui sanitatem facit non esse mutandum.

Morbus est aduentitia senectus: senectus vero est naturalis morbus. Arist. 5. de generat. animal.c.4.

Ad vitæ instructionem, resque pręclare gerendas, vtilissima censenda est historia. Diod. Sicul.in prooem.

Historia est testis temporum,lux veritatis, vitæ memoria,

moria, magiſtra vitæ, nuncia vetuſtatis. Cic. lib. 4. Orat. & Fabius Quintilianus lib. 2. inſtit.

Hiſtoriæ proprium eſt, vera non falſa ſcribere. Fabius Quint. lib. 10. inſtitut. Strabo lib. 1. Geographiæ.

Hiſtoria ſunt iudicata, & teſtimonia. M. Fab. Quint. lib 12. inſtit orat. c. 4.

In hiſtoria veritas obſeruatur. Cicer. in cap. de legib.

Hiſtoria eſt imago veritatis. Viues lib. 2. de cauſis corrupt. artium.

Hiſtoriarum cognitionē medico conferre. Hipp. epiſt. ad Theſal. fil. & eſt neceſſaria. Gal. 3. de morb. vulgar. comen. 2.

Omnium certe ſuperiorum aſtrorum potentia fruimur. Galen. 3. de dieb. decret. c. 2. in princ.

Luna terreſtrem regionem merito gubernat, non potentia, cæteras planetas, ſed vicinitate tantum. idē.

Vbi Luna cum ſole coit, vehementiores mutationes eueniunt, & etiam in plenilunio. idem 3.

In tondendis capillis vtile lunam vitare, maximèq. ante ipſum lunæ, ſoliſq. concurſum. Celſ lib. 1. c. 4.

Eſt conueniens, & neceſſarium, quod bonus medicus habeat ſcientiam aſtronomiæ: poteſt etenim propinare aliquo tempore medicinam, quæ interficit, quæ tamen alio tempore liberaret. Scot lib 2. ſententiarum diſtinct. 14. quæſt. 3. verſ. ſed quid de infirmitatibus.

Medici peccant, ſi non dant medicinam in debitis ſignis aſtrorum dupliciter. Primo artis ignorantia, per eorum negligentiam, Secundo culpæ conſcientia per eorum malitiam Vnde ſi dant medicinam in ſignis cholericis, parum, ſiue nihil proficiunt: ſi vero in ſignis flegmaticis faciliter corpus laxat.

Ideo

Ideo scripsit Arist. ad Alexandrum, vt nô comederet, nec biberet, nec aliquam medicinam sumeret sine consilio periti in arte astrorum. August. de Ancon. quæst. 109. art. 5.

Astronomiam plurimam partem conferre ad rem medicam. Hipp. lib. de aer. aqu. & loc. & in lib. de carn. in prin. Gal. 3. de diebus decret. c. 2. & sequen. Auicen. 4. can. ex 1. tract. 4. c. 1. & 1. cant. 104.

S. Bonauentura lib 2. distint. 14 quæst. 3. Damas. 2. ortodox. fid. c. 7. Sanctus Thom. 1. par. quæst. 115. ar. 5. in respon. 3. & lib. 3. & coutra gentiles cap. 92.


Idem affirmant Io. Ant. Magin. de dieb. decretor. in princ. quam plurimos allegat.

Astronomia enim tot hostes habet, quot ignorantes eam. Ptol.

Precor furorem, si te, teque ipsa adiuua
Pars sanitatis, velle sanari fuit. Sen. Hip. act. 1.

Nonne id flagitium est, te alijs consilium dare.
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier. Terent. Heaut. 5. 1.


Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias. Terent. And. 2. 1.



DE

DE MORTE.

Cap. III.



XIGVVM, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis,& non eſt, qui agnitus ſit reuerſus ab inferis: quia ex nihilo nati ſumus . liber Sap.c.2.

Mortem accipere non eſt noſtrum , ſed illatam ab alijs libenter accipere Hiero.ſup.Ioan.

Mors , & vita in manu linguæ,qui diligit eam comedet fructus eius. Salom.c.18.

Iuſtorum autem animæ in manu Dei ſunt,& non tanget illos tormentum mortis. liber Sap. c. 3.

Mors finis malorũ eſt, initiumq́. fœlicitatis. Aug.l.9.

Mori malè non poteſt,qui bene vixerit , & vix bene moritur,qui male vixerit . Aug.l 9 de Doct.Chriſ.

Mori qui velit bene, bene ei viuendum . Aug.lib.10.

Mors quæcunq. non eſt curanda bonis. Aug. lib.5.

Mortem minus timet , qui minus delitiarum nouit in vita . Veg. lib. 1.

Mors turpis forti viro non poteſt accidere , neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti . Cic.4.in Catil. 75.

Melius eſt mori honeſtè,quam turpiter viuere . Plato dialog. x. de Rep.li.31.

Mori pro patria dulce, & decorum eſt. Plato Menex lib. 30. Horat.

Mors vltima linea rerum eſt,

Mortis

Mortis notæ, fallaces, & vitæ. Celsus.
Mors communis omni ætati. Cic. de seneƈt. 62.
Mors omnibus definita.
Mors pulchra est honor vitæ.
Mors eximit infelicitates. Lucret, lib. 3. 177.
Mors honesta sæpe vitam turpem exornat; vita turpis, ne morte quidem honestè locum relinquit.
Tormenta malæ conscientiæ in morte grauescunt. Lucret, lib. 3. 307.
Mortem senioribus imputat annis.
Mors honesta numquam fugienda, sæpe etiam oppetenda. Cic. lib. 11. 28. 10.
Mors nec mihi grauis est posituro morte dolores. Ouid, 3. Met. 95.
Morte iunƈta leniuit dolorem. Silius lib. 17. 96.
Mors pallida æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumq. turres. Horat. 1, Carm, ode 4. 3.
Moriendum enim certum est, & id incertum an eo ipso die. Cic, de Seneƈt. 67. Cato maior.
Mori nemo sapiens miserum esse dixit, ne beato quidem Cic. Torquato lib. 6. 3. 5.
Moritur æquissimo animo sapientissimus quisq., stultissimus iniquissimo. Cic, in Fara,
Mori semel omnibus statutum est.
Mori est vltimum prouenienѕ ex necessitate materiæ. Arist. 2. Phys, comm. 23. & tex. commen. 88.
Mors non est interitus omnia tollens; sed est quædam quasi migratio comitantis vitæ, quæ in claris, & bonis viris, & fœminis, dux in cælum soleret esse.
Mors omnium terribilium vltimum. Arist. 3, Ethic,
Mors est vita bonis, pœna malis, Cic, 1. Tusc,
Mors misera sapiēti nō potest accidere. Cic, cōt. Cat.

Mors


Mors est triplex, scilicet acerba, immatura, & merita. Prima est infantium, secunda iuuenum, tertia naturalis, atque senum.

Mortalis cum sis, operam da, vt quę retro sunt videas Isidor. Phil. & orator.

Malus male peribit. Euripid. in met.

Morbus est aduentitia senectus, senectus vero est naturalis morbus. Arist. 5. de gen. anim. c. 4.

Decipimur votis, fallimur tempore: mors deridet omnes, anxia vita nihil.



DE HOMINE.

Cap. IV.



HOMO natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra, & numquam in eodē statu permanet. Iob. c. 14.

Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sēsatus. Amictus corporis, & risus dentium, & incessus hominis enunciant de illo, scilicet qualis sit, quia per illud quod foris, siue bene, siue male agit interior animi qualitas, intuentium oculis potenter iudicatur. Eccl. 19.

In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis, & adij-

adijcietur vobis Marc.4.

Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, & tardus ad iram. Iacob. 1.

Homo felix est, qui corpore sanus est, animo autem eruditus. Laert. lib. 1. c. 1.

A ratione homo habet quod sit homo.

Homo dicitur minor mundus, qui est compositus ex omni creatura totius mundi. Gal. an alias sit, id quod in vtero.

Homo ingeniosus, mansuetus, ac virilis, rarus. Plato de scientia lib. 13.

Homo qui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes, insipiens est. Salom. c. 10.

Homo, qui bonus est, hauriet gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit. Salom. c. 12.

Homo astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est appetit stultitiam. idem.

Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat Principes. Salom. c. 16.

Homo iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Salom. c. 18.

Homo qui iniquitatem seminat, metet mala, & virga iræ suæ consummabitur. idem.

Homo, qui pronus est ad misericordiam, benedicetur. idem.

Homo, qui moderatur sermones suos, doctus, & prudens est: & pretiosi spiritus eruditus. Salom. c. 17.

Hominem velocem vidisti ad loquendum, stultitia magis speranda est, quam illius correptio. Salo. c. 29.

Cum homine potente non litiges, ne forte incidas in

in manus illius. Eccles. c. 8.
Non omni homini cor tuum manifestes, ne forte tibi inferat gratiam falsam, & conuitietur tibi.
Omnis homo nascendo aduena, & incola viuendo. August. lib. 4.
Homines hominum exemplis magis accendimur. August. lib. 3.
Hominem qui corripit, gratiam postea inueniet apud eum magis, quam ille qui per linguæ blandimenta decipit. Sal. 28. 33.
Homo factus est de terra, non propter terram, sed propter Cœlum. August. lib. 10.
Hominis bona, dona sunt Dei: mala autem nostra. August. lib. 1.
Propter hominem factum est cœlum, & terra, & quæ in eis sunt. August. lib. 10.
Homo creatus est, vt haberet charitatem, iustus, & patiens, & misericors. August. lib. 9.
Homo qui credit cito, leuis corde est.
Homo est naturaliter politicus, idest socialis.
Homo habet superius, & inferius, sicut in toto mundo. Plantæ vero in oppositum, sed bruta medio modo.
Homo vltimo factus est, quia est finis creaturarum.
Homo præest, & dominatur naturaliter bestijs, & pecoribus, & vniuersæ creaturæ, quæ non est ad imaginem Dei.
Homo habet priorem auditum, olfactũ, & visum, quam aliqua bruta, sed habet tactum optimum.
Homo est mensura rerum omnium. Plato de scientia lib. 13.
Homo, vt agat gratia diuinorum creatus est. Plato

lib.de Regno 16.

Homo ab hominibus absque Deo duce gubernari non poreſt.

Homo debet eſſe venuſtus, dicax, & vrbanus.

Homini licet aliquãdo ridere, iocari, ludere, atq. omnia maximè remiſſionis genera complecti. Plin. epiſt. 98. Catull. ad Varrum epiſt. 19.

Homo debet ſe oſtendere eſſe fortem, & magni animi. Plaut. Epid. 10.

Homini difficillimum omnium eſt, noſcere ſeipſum. Ariſt.

Homo ratione ætatis mutatur.

Hominem oportet potentem eſſe in ſermone.

Homo ad annum vſque ſeptuageſimum vltimo termino poteſt generare, fęmina vſq. ad 50. Verum id raro, ſed magna ex parte 65. maribus, fœminis 45. finis pro generando. Ariſt. 5. de hiſt. animal.

Hominis natura nedum viuendi, ſed etiam bene viuendi obtinuit.

Homines molli carne ſunt bene apti mente: duri autem carne ſunt inepti. Ariſt.

Homines enim non decipiuntur, niſi in eo, quod neſciunt, aut in eo cuius cognitio eſt valde manifeſta.

Homo eſt æternum animal, atq. mortale.

Homo propter duo principaliter eſt in hoc mundo, videlicet, vt animam ſuam Deo reddat, & honorem ſuum conſeruet.

Hanc comparatam eſſe hominum naturam omnium, Aliena melius videant, & iudicent quam ſua. Therent. Auth.

Homine imperito numquam quicquam iniuſtius.

Homi-

Homini nihil eſt magis optandum, quam proſpera, æquatilis, perpetuaq. fortuna, deinde vita, ſine vllo offenſionis curſu.

Homo litteratus non homo, ſed Deus videtur, illitteratus vero belua indomita.

Homo impijſſimus, & immaniſſimus eſt ſine virtute ad cibationem, libidinemq. deterrimus. Ariſ. 1. Polit. c. 2.

Homo ſuſpectus maculatus.

Homo irreſolutus ignarus.

Diues indoctus, ouis aureo vellere indutus. Hora.

Homo, qui magna præſtare [illegible] cupit, ſtatim à teneris annis virtuti, recteq. educationi aſſueſcat. Cumin. c. 18.

Homo, qui non eſt bonus, neq. pro alijs poteſt eſſe bonus.

Hominem periurum difficile eſt latere, ac effugere Deum. Polit. lib. 4.

Homo fœlix eſt, qui corpore ſanus eſt, Animo autem eruditus. Albert. lib. 1. c. 1.

Homo non poteſt explicare ſermone cunctas res difficiles.

Homo ſum, ideſt qui errare, & facile falli poſſim. Terent. Adel. 4. 2.

Homines hominum cauſa ſunt generati, vt ipſi inter ſe, alij alijs prodeſſe poſſent. Cicer. 1. de off.

Homo naturæ obediens, homini nocere non poteſt idem 3. de off.

Homo expers philoſophiæ, ad omnem vitæ functionem eſt inutilis. Apophtegmatum.

Omnes homines natura pares ſunt. Ariſt. 2. Polit. capit. 1.

Homines dum videtur haberi contemptui, boni quidem, & ſtrenui, deſinũt eſſe alacres: mali vero fiunt deteriores. Xenoph. lib. 5. Cyri dictum.

Homo numquam fœlix, qui iniuſte agit. Pato. lib. 9. de Repub.

Multæ in naturis hominum diſſimilitudines ſunt, vt alios dulcia, alios ſub amara delectēt, alij libidinoſi, alij iracundi, aut crudeles, aut ſuperbi ſint, alij a talibus abhorreant. Cice. de facto.

Non in omnes omnia conueniunt. Cic. pro Roſcio.

Suum cuique pulchrum eſt, adhuc neminem cognoui poetam, qui ſibi non optimus videretur, ſic ſe res habet, te tua, me delectant mea. Cice. 5. Tuſc.

Suum quiſque noſcat ingenium. Cice. 1. offic.

Quiſque ad id, quod facere poteſt, detrudendus eſt. Cice. 1. de nat.

Diligentiſſime, hoc eſt eis, qui inſtituunt aliquos, atque erudiunt, videndum, quo ſua quemque natura maxime ferre videatur. Cice. 3. de orat.

Natura primum, atque ingenium, ad diſcendum vim affert maximam. Cice. 1. de orat.



DE PRINCIPE.

Cap. V.



VSTITIA Regis eſt,neminem iniuſte per potentiam opprimere,ſiue acceptatione perſonarum inter virum, & proximum ſuum iuſte iudicare. Thom. lib. 2.c.13.Ciprian.lib. 12. de Ab. ſeul. Aduenis pupillis, & viduis defenſor eſt. ibidem.

Iniquos non exaltare, impudicos,& hiſtriones non nutrire. ibidem.

Impios de terra perdere. ibidem.

Pauperes elemoſinis alere. ibidem.

Iuſtos ſuper regni negotia conſtituere. ibidem.

Senes, & ſapientes, & ſobrios conſiliarios habere. ibidem.

Iracundiam ſuam differre. ibidem.

Patriam ſuam fortiter,& iuſte contra aduerſarios defendere. ibidem.

Proſperitatibus animum non eleuare. ibidem.

Cuncta aduerſa,aliaq. patienter tolerare. ibidem.

Per omnia in Domino confidere. ibidem.

Filios ſuos non ſinere ineptè agere, ibidem.

Summum bonum eſt,in regibus iuſtitiam colere, ac ſua cuiq. ſeruare iura, & in ſubditos non ſinere, quod poteſtatis eſt fieri,ſed quod æquum eſt cuſto diri.Greg.

Tunc regnum bene regitur cum regnandi gloria ani-

mo non dominatur. ibidem.

Restringenda sub ratione potestas est, nec quidquam agendum est prius, quam concitata ad tranquillitatem mens redeat. Bernard.

Regnandi habentibus scientiam, nihil est facilius in rebus humanis. Aug. lib. 5.

Reges quanto sunt in maiori fęlicitate terrena, tanto magis humiliari Deo debent Augus. lib. 8.

Regnum Romanorum tamdiu pacifice regnauit, quã diu sapientes regere permisit. Augus. lib. 5.

Omnis Principatus, & omne Dominium est a Deo. S. Thom. Opus. 20. lib. 3. c. 1. vsq. ad 8.

Monarchę, & omnes Magni Principes, cum humilitate subiugauerunt mundum, & cum superbia amiserunt Dominium. Opus. lib. 3. c. 14.

Præmium boni Principis non est gloria humana, nec aliquid terrenum, sed vita beata, & æterna. Opus. 20. cap. 5.

Princeps bonus habebit maius præmium in Cœlo, quam quilibet de subditis suis. Respub. felix, in qua qui imperat Princeps timet Deum. Cumin. 2. par. cap. 49. in fine.

Principi humano, ac misericordi sua humanitas tandem recte cedit, licet quosdam inueniat ingratos. Cumin. c. 32. Agapet. 37.

Princeps modestus plurimos sibi conciliat. Cumin. cap. 17. 18. Agapet. 37.

Omnis boni Principis finis est Pax multitudinis, & bene viuere, scilicet secundum virtutem. Opus. 20. cap. 2. 14. 95.

Deus generis humani curam gerit, itaq. iustos Principes beatos in hac, tũ in futura vita facit, iniustos

autem

autem vtrobiq; punit. Plat lib. 10.de.repub.
Princeps Catholicus non quantũ honores, ſed quantum oneris ſuſcipiat, cogitabit.
Reſpublicæ tum futuræ ſunt fœlices, quum uel reges philoſophabuntur ſerio, vel veri Philoſophi regnabunt. Plato.lib. 5, de.repub.
Princeps durius à Deo, quam priuati puniuntur, Cumin.lib. 1.c. 3. 2.par.c.46.
Regis voluntas, & vita ſit Dei voluntati conformis, & conſentanea.
Beatæ ſunt republicæ, vbi aut reges philoſophantur, aut docti, & ſapientes regnantur, eſt enim reipublicæ ſalutaris coniunctio poteſtatis, & ſapientiæ. Cic.epis.lib. 1.
Reges ſunt philoſophi, ideſt veræ ſapientiæ factores, & cultores Agapet.c.17.
Principis eſt conſulere omnibus, mederi incommodis hominum, proſpicere ſaluti Patriæ, vt illius parens etiam haberi velit, & poſſit. Cic.epis.16.lib. 1.
In conſiliario Principis, tria maxime requiruntur, libertas, fides, & veritas. Plin.2.lib.1. ad Q. fratrem.
In Principe tres maximè virtutes prædicãtur, pietas, abſtinentia, ſiue temperantia, & manſuetudo, ſeu adeundi facilitas. Plin.2.lib.1.Panegir. ad Troian.
Aditus ad Principem non debet eſſe difficilis. Xenoph.lib.1.
Conſiliarius optimus eſt, res etiam regibus ipſis præſtantiſſima, ac utiliſſima. Iſoc.45.50.
Aſſentatores à regibus tamquã peſtis vitandi. Nam non vtilia conſulunt; ſed quæ placent. Agapet. c.12.23.31.
Diu delibera, ſed deliberata mature facito: in delibe-

rãdo autem precibus ad Deum, & consilijs hominum prudentum vtere; in quibus te non pudet aliorum sententiam sequi. Agap. c.25.57.

Princeps bonos asciscat, quibus cum versetur, vt bona discat. Idem. 29.

Princeps facile, vel decipitur, vel deijcitur, qui ex alieno, & in primis ex vnius dumtaxat consilio, & virtute pendet. Cum. c.44.61.

Princeps facile euertitur, qui nullo nisi suo ipsius consilio vtitur: plus enim vident oculi, quam oculus. Cumin. c.94.

Regis sapientis est inquirere ea de quibus illi suspicio inijcitur: non autem ea celare, eamq. suspicionem alere. Cumin. 2. p. c.45. in fi. Herod. lib. 3.

Regis est pauperum querelas audire, ijsq. ius dicere. Sal. 72. Cum. 2. p. c. 51.

Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Sal. c. 20. 7.

Princeps debet semper præstare aurem sinistram ipsis delatoribus, & detractatoribus: dexteram vero ad ipsos iniuriatos, & si fuerint reperti innocentes illos extollere, & fauere.

Principum vita est plena curarum, solicitudinis, & laboris. Cumin. c. 137. 138.

Principem successurum plures spectant, colunt, & admirantur, quam senem Principẽ iam caducum. Cumin. cap. 137.

Princeps seruet fidem Mercatoribus, à quibus pecuniam accepit, vt postea mutuam pecuniam accipere possit. Cumin. 2. p. c. 9. & lib. 1. c. 112.

Principum impietas punitur à Deo. Herod. lib. 8. & durius, quam priuati puniuntur. Cumin. c. 112. &

2. part.

2.part.c.1.& 17.& 47.48.49.

Princeps diligi,nisi ipse diligat, non potest. Plin. 2. lib.1.

Principe bono omne genus hominum lætatur. Plin. 2.lib.1.

Princeps crudelis numquam strenuus,& fortis.Cum. 2.par.c.17.

In calamitatibus Principum primum, & præcipuum remedium est recurrere ad Deum.Cumin.c.90.

Imperatores non eos fœlices existimāt,qui longe lateq.Imperio potiuntur: sed eos qui iustitiæ imperant,tardius vindicant,& facile ignoscunt. Augu in 5. lib.de Ciuit.Dei.

Principum superborum æuum omne,& breue, & fragile est.Plin.2.lib.1.

Princeps,qua mensura alios fuerit metitus, eadem illi Deus remetitur.Agapet.c.23.24.

Princeps,quam acerbus est subditis,& durus,tam durum Deum,& ipse quoq.experietur.Agapet.8.

Princeps potest dare honores, & authoritates, sed non sapientiam,& virtutem.

Simulare tamen, & dissimulare:item tacere quædam publice vtilitatis causa,licet Principi,& priuatis. Herod.lib.3.

Imperatori consilij exercitus taciturnitas,& dissimulatio necessaria est. Polib. lib.9.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetudo est quædam tolerare, quædam dissimulare,discretionis temperantiam potius, quam rigorem canonum siue legum sequentium.Gregor.lib.5.epist.17.

Perfidia regis totum eius regnum exosum reddit.

Princeps subditis suis praua aliqua calamitate affli-

ctis subuenire, tum ex ærario publico, tum tributorum remissione debet. Tacit. lib. 2. Annal.

Boni Principis est, nobiles familias, etiam collapsas restituere, & merentes augere, & fouere. Plin. 2. libro 1.

Vt noui populi facilius nobis assuescunt, & nostrum iugum patiuntur, sic sunt oneribus, & tributis leuandi. Tacit. lib. 2. Annal.

Illustrium familiarum inopia à Republica, vel Principe in posteris industrijs subleuanda. idem.

Principis prudentis est arma externorum procul à se remouere, ac proinde eos ipsos astu, & consilijs suis inter se committere, & desinere. Tacit. lib. 6. Annal.

A Regibus plura consilijs, & nominis fama, & auspicijs, quam telis, & vi geruntur. Tacit. libr. 13. Annal.

Princeps talem se præbeat, vt ab ijs quibus præest alius non desideretur. Cic. lib. 1. epist.

Nullum maius boni imperij est instrumentum, quã viri boni principis amici. Tacit. lib. 4. hist.

Princeps debet abundare ministris, & officialibus secundum diuersitatẽ principatus. Opusc. 20. lib. 2. cap. 8.

Princeps debet regere ciues cum misericordia, hostes autem cum seuera iustitia. Sal. 2. 32.

Princeps bene regens, prospere, & diu regnat, Tyrãnus autem parum. Opus. 20. c. 10. 11.

Principẽ non sibi ipsi, sed subiectis consulere debere.

Principum mores imitantur cæteri. Arist. 2. Polit. c. 9. Cic. lib. 1. epist. ad Lentulum.

Principẽ non pecuniarũ, sed amicorũ defectu perire.

Sum-

Summus Princeps, aut qui consilio præest, æquo animo ferre debet, vt contrariæ sententiæ, imo vt consiliarij, vel plures, vel vnus, ipsimet contradicant, & aduersentur. Herod. lib. 7.

Rex humani generis pastor, atque curator.

Est prudentis, atque clementis Principis si quos etiã ex subditis, vel solo verbo offenderet, eosdem lenire & apud eos suam ipsius culpã agnoscere. Hero. l. 7.

Regis est benefaciendo vniuersis, sponte subditos subiectos habere, eosq. cum liberalitate, & clementia regere, & in mutua cum subditis beneuolentia semper viuere. Polib. lib. 5.

Princeps non debet credere omnia, quæ illi dicta sũt, siue scripta cum falsis litteris contra suos domesticos, & familiares propter suspicionem maleuolorum, & malignorum.

Princeps magis, & prius gratificando, & beneficando suos domesticos, & cognoscentes antiquos, quã modernos, magnum honorem, & vtilitatem acquiret, & nullum odium concitabit inter illos, cum ius præferendi est antiquos, & spes magis augebit recentiores.

Principum sæuitia, & crudelitas, siue in suos, siue in extraneos tamdem à Deo punitur. Cum. c. 20. 132.

Rex nihil aliud quam plurimorum Pater.

Regium est facere bene, & audire male. Rex Antigonus.

Vbi non est gubernator, Populus corruet: Salus autẽ vbi multa consilia: Sal. c. 11. 14.

Imperia numquam ex paruis magna fiunt absque varijs continuis, periculosisq; tum cũ populis vicinis, tum remotioribus, certaminibus, prælijs, & bel-

& bellis. Tit. Liu. lib. 7.
Patientia lenitur Princeps, & lingua mollis confringet duritiam.Sal.c.25.15:
Princeps indigens prudentiæ multos opprimit per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.Sal.c.23.
Princeps, qui libenter audit verba mendacij; omnes ministros habet impios. Sal.
Amor Populi diuturni imperij est fundamentum.Isocrat.Orat.11.15.35.
Ama eos quibus imperas,& effice, vt ab eisdem quoque vicissim ameris.idem 7.12.
Princeps consilium bonum semper suscipere debet,& desiderium suum compescere, & violentiam nullam exercere.
Principis vere pulcherrima consolatio memoria recte factorum. Cice. epist.lib.1.epist.25.
Principum optima custodia, eorum virtus,& subditorum beneuolentia.Xenoph.lib.7.
Princeps quantumuis grauiter offensus prius securitati, quam vindictæ suæ consulet. Tacit.lib.11. An.
Princeps bonus erga subditos similis esse debet patri familias bono erga domesticos.Xenoph.lib.8.
Princeps non temere credat quidpiam sit sibi de ignoto homine ab alijs relatum. Cic.epis.1.
Facile est Imperium in bonis. Plaut.in Mes.
Nec abnuendum, si dat Imperium Deus.
Nec est appetendum Imperium.
Violenta nemo imperia continuit diu.
Virtutes Imperatoriæ hæ sunt, labor in negotijs, fortitudo in periculis, industria in agendo, celeritas in cōficiēdo, cōsiliū in prouidēdo. Cic. pro le. Man.
Hæ

Hæ sunt laudes Regiæ Principis, scilicet fortem, Iustum, seuerum, grauem, magnanimum, longum, beneficum, liberalem, & mansuetum. Cic. pro leg. Manil. Pro Rege Deiot.

Plato rēpublicam saluam esse putabat, in qua aut philosophi imperarunt, aut Principes sapientię studio incumberent. Plat. de Repub.

Principi non aliter necessariam esse sapientiam, quã corpori animam. idem.

Imperator has res habere debet, aduersus hostes audaciã, erga subditos beneuolentiam, in opportunitate rationem, & consilium. Stob. 52.

Multa regibus simulanda, multa dissimulanda esse, quo suos in debito officio retineant, etiã omne vitæ periculum. Aul. Gel. lib. 1. de reb. gest. Alphonsi regis.

Virum regno dignum aptumq. eum, quem neque secundæ res extollerent, neque aduersæ deprimerẽt.

Quam difficile est imperare, cum tam diuersa sint hominũ ingenia, diuersi mores, quibus Principes se accommodare necesse habent. Panorm. li. 3. de reb. gest. Alphons. reg.

Magna imperia diu durant, nisi seditione intestina laborent. Verum per eas statim dissoluuntur. Liui. libro 2.

In Republica diuersæ factiones, quæ non moueant seditionem, sunt tolerandæ, quo ex his fiat temperatior. Reipub. Status, est quoddam æquilibrium. idẽ.

Magna imperia, vt crescãt, facile in societatem populos afflictos admittunt. Liui. lib. 10.

Vt oculus parua festuca turbatur, sic principum gratia, offensiuncula vel minima cadit interdum etiã

nullo

nullo crimine perditur, tantum apud Principes sub dole lingua potest. Pij Pont. Epis. 166.

Princeps rerum imprimisq. Historiæ ignarus, vel pru denti consilio destitutus, se, summumq. Regnum in summas tamdem calamitates conijcit. Cum. c. 34. 108. 109.

Sub Tyrannis nihil tutum est. Nam dicta, scripta, facta, somnia recitata, & quæ dumtaxat sunt meditata in crimen læsæ maiestatis, vel religionis læsæ rapiuntur, sic sub Tiberio, Caligula, Nerone. Taci. lib. 4. Annal.

Pessime regitur ea Ciuitas, in qua nõ leges præsunt; sed voluntas magistratuum: optime vero illa, in qua leges dominantur ipsis magistratibus. Plat. lib. 4. de leg.

Regibus multi oculi, & aures habẽdæ, idest multi homines fidi, qui vere referant, ea quæ passim fiunt, & audiunt. Xenoph. lib. 8.

Principis debet esse hoc propositum, vt subditos suos fœlices faciat, vt ijs fœlicibus vti possit. Xenoph. libro 8.

Imperatoris nimia seueritas, re prẹsertim bene gesta, mouet seditionem in exercitu sæpissimè: Summũ enim ius summa est iniuria. T. Liui. lib. 8.

Princeps ne alterius Principis, maxime cum quo antea vel bello, vel verbis cõtẽdit, potestati vnquam si fieri potest sese committat. Cumin. c. 33. 36.

Imperium est fœlix, in quo subditi euadunt, tum meliores, tum etiam ditiores. Isoc. c. 37. 52. 53.

Regum vita, factaq. occulta diu esse non possunt. Xenoph. lib. 8. con. sent.

Princeps suorum subditorum, velut sui ipsius corpo-

ris

ris,membrorum curam gerit. Agapet.c.45.

Princeps liberalior ſit in ſedulos,& fidos,quam in ceteros. Agad.29 47.

Sub bono Principe licet cuique ſua etiam magnifica, opulenta retinere,& habere tuto. Plin.2.

Principes vero recte,& iuſte imperantes reddũt ſubditos ſibi facile obſequentes,ac beueuolos. Xenophon.lib 1.

Imperatori ſummam militum beneuolentiam conciliat,ſi vulneratos in prœlio excipiat ipſe,curet,foueat,& ipſe cum Medicis dum eorum vulnera tractantur adſit. Xenoph.lib.5:

Iu magnis Imperijs,eſt magnis ſumptibus,& impenſis opus. Xenoph.lib.8.

Principis optima educatio, & vita cæteros ſubditos ad eaſdem virtutes inuitat.idem.

Rempub. prudentem oportet in conſilijs capiendis non tantum præſentia ſpectare,ſed etiam futura proſpicere. Itaq.non contentam eſſe rebus proſpere ad tempus fluentibus,ſed quis exitus inde ſit futurus,perpendere. Polib. li. 1.hiſt.

Rempub.duo maxime conſeruat. Strenuitas aduerſus extraneos hoſtes,ſeu vis foris,& domi concordia,quam vtramque maxime labefactat, vel vna auaritia, quæ idcirco e Repub. quantum fieri poteſt tollenda, imminuta pecuniæ, ac diuitum, minime virorum bonorum honore. Potib.lib.6.

Imperium,& conſilijs fortibus, & prælijs felicibus retinetur. Saluſt.de Repub. ordinan.

Vſque eo proſperum eſt imperium, dum in eo vera conſilia valent.ibidem.

Populi fauorem popularitas principi conciliat, veluti ſi

ti si ludis, publicisq. populi voluptatibus ipse frequens intersit, & se miscet. Tac. l. 1. Annal. Plutar. de ciuil. administr.

Plures tamen, sed eos non auaros, verum viros bonos ad curam Reip. vocari, formari, & instrui commodissimum est. Tac. lib. 1. Annal.

Qui in spem imperij aluntur, etiam priuati colendi: Nam meminerunt imperio huiusmodi contẽptus de se facti, & eos qui se contempserunt, affligunt; & odio prosequuntur. Tacit. lib. 2. Annal.

Iudicium capitalium sententiarum, etiam principis ipsius, ad tempus aliquod differri satius est, quam statim executioni mandari, quo maturius deliberentur, & examinentur.

Principis boni est, annonæ publicæ deficienti, infœcũditati terrarum, asperis mari obuiam ire edictis, impensis, ac cura diligenti: denique prouidere, ne prouinciæ nouis oneribus turbentur, & vt vetera sine auaritia, & crudelitate magistratuum tolerentur. Tacit. lib. 4. Annal.

Aulici, in quorum potestate est Rex, & ex quorum voluntate gerit omnia, quamdiu tyranni non sunt, aut tyrannidem non affectant, vel vltores metuũt, bonis consilijs, & salutaribus Reipub. ferè notescere volunt. Tacit. lib. 4. Annal.

Noscenda populi, quem regere ius, natura est: quiq. ea callet, prudens dicitur. ibidem.

Quæ magistratus vult, & cito, & accuratè esse perfecta, ipsemet curet, alij non deleget. ibidem.

Aulicorum affectantium gubernacula Reipub. hæ sunt artes, vt principes à rebus publicis cognoscẽdis auertant, illisq. voluptates pro huiusmodi tædio

dio obijciant, aut in secessus aliquos, & peregrinationes procul à concilio publico abducant: tum enim ipsi rerum omniũ arbitri fiunt. Tac.l.4. Ann.

Nimia in exigendo tributo seueritas, denique nimiũ ipsum tributum impositum, mouet subditos frequenter ad seditionem. Tacit.lib.4.Ann.

Quantum fieri potest, agri nostræ regionis colendi, vt ex ijs nobis annona abundet, potius quam vt duntaxat inuectitio, & incerto, idest casibus expositi, frumento viuamus. Tacit.lib. 12. Ann.

Quale sit futurum noui Principis ingenium, & regimen apparet ex ijs, quos primos muneribus publicis præficit: si enim bonos, & egregios viros eligit amicos, & magistratus, bonum, & fœlix regimen futurum est: Sin malos, & gratia, pecunia, vel ambitu potius quam virtute subnixos admouet, infelix futurum est. Tacit.lib. 13. Ann.

Iniustorum scelerum à Principe iussorum ministri odiosi fiunt ipsis quoque Principibus, quorum iussa impia sunt executi: Nam quasi exprobrantes ab illis aspiciuntur. Tacit.lib.4. Ann.

Legati exteri honeste quidem excipiendi, verumtamen, & obseruandi, & cito dimittendi, & ijdem si potes, in tuas partes trahendi. Cumin.c.70.

Non auditis ijs, qui arcana se prodituros pollicentur, sępe magnæ occasiones præteruolant. Cumin. capit. 92.

Consiliarij mali, aut Principis ipsius iudicium imminutum, est magnum Dei in Regnum iudicium. Cumin.cap. 111.

Assentatores non quæ conducunt, sed quæ principi placent, ac grata sunt, consulunt. Itaq. à fidelibus

consiliarijs discernendi. Cumin. 94. Agapeth. 22. 32. 56.

Principibus cauendum, ne nimia, & inexpectata prosperitate inflati bona consilia, quæ prius omnino conducere sciebant, repudient, aut mutent. Cumin. 99.

Beneficientia maxime commendat Principem, illiq; multos conciliat. Agapet. 38. 44. 47. 63.

Sæuitas, & crudelitas Principum siue in suos, siue in extraneos, tandem à Deo punitur. Cum. c. 20. 32.

Princeps, ac magistratus quilibet debet esse prudens, & fortis. Prudens, ne ex imperiti vulgi iudicio pendeat: Fortis, vt quæ salutaria sunt, constanter exequatur. Plato lib. 2. de legibus.

Ignorantia, vel improbitas Imperantium est politiæ pestis, & pernicies summa. Plat. lib. 3. de leg.

Perpetui magistratus nō solent esse tā sinceri, quam si ad tempus dumtaxat eligantur: Et vices parendi, ac imperandi inter ciues esse, longè tolerabilius est. Arist. 6. Politic. c. 2. & 7. c. 14.

Populi, quem regendum susceperis, mores in primis noscendi, nec licet mali, statim ac pedetentim mutandi. Quamobrem ad eos te ipsum ad tempus ac commodes. Plutarch. de Ciuili administ.

Reges à Ciuibus custodiuntur, Tyranni ab extraneis: Reges amant suos ciues, & ab ijs amantur. Tyrāni eos oderunt, imo ipsosmet satellites suos metuūt. Reges subleuant subditos tributis quantum possunt: Tyranni eos onerant, vt exhauriant, & opprimant. Reges nobilitatem regni, & viros bonos amant, fouent, & conseruant. Tyranni, & nobiles, & bonos, vel vi, vel clam tollunt. Arist. lib. 4. c. 10. & 5. cap.

5.capit.10.& 11.

Exercitatio, & doctrina faciunt Principem, rerum quas eum ſcire oportet, callentem non altera duntaxat. Iſocrat. orat. 45. 50.

In Principe bono omnium virtutum cumulum ineſſe oportet. Plini. 2. panegyr. ad Traianum.

Princeps bonus cum ciuibus, velut cum liberis ſuis, verſari debet. ibidem.

Principis affabilitas virtus maxima. ibidem.

Virtute non viribus corporis commendantur Reges. ibidem.

Sub bonis Principibus eadem ſunt virtutis præmia, quæ in libertate, & prodeſt bonum eſſe: contra ſub malis. ibidem.

Benefaciendo maxime ſubditorum ſuorum animos experitur Princeps, & ſibi deuincit. ibidem.

Vita boni Principis cenſura eſt ciuium, eaquæ perpetua, ad eam enim omnes ſeſe conformant. ibidem.

Princeps bonus, bonarum litterarũ ſtudia inter mortuos reſtituere, & præmijs doctos afficere debet, Itemque curare, vt in ijs iuuentus recte inſtituatur. ibidem.

Principis fideliſſima cuſtodia ipſius innocẽtia. ibidẽ.


In Principum menſis, & ſobrietas in cibis, & ſuauitas in ſermonibus, & benigna conuiuarum inuitatio, & ſtudiorum honor cerni debet: non autem verborum petulantia, aut laſciuia. ibidem.

Principis boni vera laus, & & fama non imaginibus, aut ſtatuis: ſed virtute, & meritis prorogatur. ibid.

Principis præcipuum opus bonos amicos ſibi comparare, quos fouere, & audire debet, ac proinde bonos viros eligat. ibidem.

Populorum natura est magis cupida habere vltra debitũ,& minus perferre,quod necessarium est, semperq. à rebus pręsentibus abhorrere. Guic.lib.2. histor.

Nulla res naturalis est magis suspicione digna,quam Dominium,siue status.idem lib.7.



DE OBSERVANTIA, & Obedientia Principum.

Cap. VI.



PROXIMA cura est habenda de Principibus,ne illos offendatis, placete igitur,vel tacete.

Maiori potestati magis est obediēdum, quam minori,quæ totaliter subest ei,vel in quibus subest ei obediens naturæ, homo homini nocere non potest.

Obedientiæ munere homines ad Angelicam immortalitatem transibunt, inobedientes autem mors plectet damnatione iustissima.

Quilibet tenetur iure naturali,& diuino, obedire suo superiori, scilicet homo homini.

Obedientia commendata est in præcepto,quæ virtutis est mater,& quodāmodo custos omnium virtutum.Augus.lib.5.

Obe-

Obedientia exaltat cor ad Dominum. Auguſt.lib.5.

Non omni præcipienti in omnibus obediendum. Auguſt. lib. 10.

Obedientia ſit ſolum de iuſtis,& honeſtis. Aug. li.10.

Nolite coram Principibus cum alijs loqui,nec clam, nec aperte.

Nolite Principibus,aut valde potentibus,aut multitudini reſiſtere,etiam ſi ius æquum habeatis.

Nolite,quod Principibus diſpliceat facere,nec ſi feceritis placatos vnquam exiſtimetis.

Nolite loqui ambiguis verbis,nec ad Principes, nec de Principibus. Neq. ita vt vel vſu, vel aliter verti queant.

Nolite iracundis Principibus omnino ſeruire,nec ſuſpicione plenis;nec etiam in illorum poteſtate:fulmen enim eſt,vbi iracundia,aut ſuſpicio tangit.

Memētote, quia principes ſunt ſicut montes,ad quos acceſſus quamquam difficilis.

Principes adminiſtrationibus nolite ſponte inſinuare,ſuſpecta enim res eſt.

Cui plus licet,quam pars eſt,plus vult,quam licet.

Nolite eſſe delatores,quia(vt genus hominum peſtilentiſſimum,& inſidioſſimum) à bono Principe tollendi eritis, non tandem coercendi.

Eſt prudentum conſiliariorum irritatum Principis animum lenire,& non accēdere,& detractatorum, & delatorum fraudibus obuiam ire. Tacit.lib.13. Ann.

Tempus Principibus imperat: Princeps hominibus, expecta igitur tempus.

Homo per obedientiam fit perfectus.

Obedientia eſt maior omni alia virtute morali.

Obedientia eſt vt mater omnium virtutum.
Charitas ſine obedientia eſſe non poteſt.
Homo non tenetur obedire homini in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis, ſed Deo.
Obediens naturæ, homo homini nocere non poteſt.
Obedientiæ ſingulare exemplum. Auguſ. lib. 3.
Vbi perpetua concordia, ibi creſcit imperium. Tit. Liui. libro 5.
Imperium firmiſſimum eſt, quo obedientes gaudent. Tit. Liui. lib. 8.



DE PACE.

Cap. VII.



DEVS eſt Pacis dator, amator, auctor, & habitator.
Pax eſt finis omnium donorum, & bonorum noſtrorum. Auguſ. lib. 5.
Proprius effectus Dei eſt facere pacem. Hier. 13. lect. 3. c. 21.
Pro pace multa toleranda, idem lib. 7.
Pacem qualemcũq. nullo modo poteſt non amare homo. idem lib. 5.
Qui pacem amant, Chriſtum amant, nec ſunt pacifici, qui de vno duo faciunt. idem lib. 8.
Nemo eſt, qui non velit pacem habere. idem lib. 10.

Pax

Pax cum bonis, & bellum cum vitijs ſemper eſt habendum. ibidem.

Pax eſt ſeruanda in omnibus virtutibus. ibidem.

Cum pace poſſidere pauca, eſt melius, quam multa acquirere cum turbatione. idem lib. 5.

Qui pacem ſibi promittit, ſecurus inuaditur. idem libro 8.

Nihil ſine pace valet. idem lib. 10.

Pax ſola virtus eſt, quę bonum habet iocundum. ibidem.

Pax domus refertur ad pacem Ciuitatis. idem. lib. 3.

Pacem perturbant aliquando, qui eam non habent. ibidem.

Pacem volunt inter ſe etiam latrones. Aug. lib. 5.

Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, & conſortium charitatis.

Pax Reipublicæ eſt ſecundum ſe bona, & multa mala prohibet, ſcilicet homicidia, ſacrilegia, & huiuſmodi, quam occaſionentur ex ea, & plures bene ea vtuntur.

Paci opponuntur multa vitia, ſcilicet diſcordia in corde, contentio in ore, ſchiſma, rixa, & bellum in opere.

Pax cauſatur ex iuſtitia, ſubtrahendo occaſiones litigiorum, & tumultuum.

Pax inter bonos, & malos eſſe non poteſt, quia pax importat concordiam, quæ cum malis haberi non poteſt.

Pax certa melior eſt, quam ſperata victoria.

Pax, & dignitas reipublicæ, incolumitate Senatus publici, & illius auctoritatis conſeruatione nititur, &

firmatur. Tacit.lib.1.hist.

Pax vt inter diuersas Respub. fiat, vtplurimum oportet,quamq. cedere de suo iure. Thucid.lib.4.

Pax ijs maxime est quærenda, & oblata acceptanda, quibus aliena auxilia ad bellum gerendum sunt accita, aut necessaria. idem.

Populi,qui sunt soliti viuere bellis præda, vel latrocinijs,vix pacem inter se, vel cum vicinis ferre possunt,& colere. Polib. lib. 4.

Magnas victorias,magna,& diuturna pax sequi solet. T.Liu.decad.1.lib.1.

Vrbs, atque pax tutius, & compendiosius pecunia comitante emitur ab hoste,quam certamine comparetur.

Pax per amicos semper intentāda est.Plat.li.6.de leg.

Pacis fundamentum publica vtilitas.

Pacis occasiones,quæ sponte se offerunt,aut diu quæsitæ sunt, non omittendæ. Cumin. 2. p.c.44.& 47.

In rebus dubijs,ac periculis imminentibus,eæ conditiones accipiendæ, quæ aliquid spei certæ relinquunt. ibidem.

Honestæ conditiones,& piæ, repudiatæ,ne quicquam postea poscuntur,imo à Deo vindicantur. idem.

Pax,ædes,& toto mitis in orbe mane. Ouid. 1. Fast.

Pax Cererem nutrit,pacis alumna Ceres. ibidem.

Sistitur bellum pace. Ouid. 14. Metam.

Pax te tribus verbis volo.

Pax à victis magis, quam à victoribus speranda.

Pax nonnumquam bello præferenda.Thucid.l.4. hist.

Qui autem pacis ineunt consilia,sequitur eos gaudiū.


Semina odiorum,& bellorum inter vicinos nobis populos,vtplurimum tutam pacem nobis præstant

Ta-

Tacit.lib.12.Annal.


Multa per mulieres commodius, quam per viros geruntur ad tentandos primum hostium animos. T.Liu.lib. 2.

Pax sancta est, cum tuta sit suspitione, cum nō augeat periculum, cum inducat homines ad quietem, & ad alleuiamentum sumptuum. Sed cum è contra sub nomine insidioso pacis, bellum pessimum, & sub salutifera medicina, venenum læthalissimum. Guicc. lib. 14.



DE BELLO.

Cap. VIII.



DEVS dissipat gentes, quę bella volunt. Psal.67.32.

Bello iusto fouet Deus. Aguſ.lib.2.

Bellantibus causa iustitiæ, gratuita est victoria, & pax inde proueniens optabilis est, quia hæc bona sunt, & dona Dei. Aguſ.li.5.

Bella, & lites oriuntur ex amore tēporalium rerum. Auguſ. lib.5.

Bella gerentes Deo authore, non sunt rei homicidiorum, quæ subsequuntur. Auguſ.lib.5.

Bellum iustum est pro defensione Patriæ, non pro commoditate dominandi. Auguſ.lib.5.

Ars

Ars bellica requirit tria, ſcilicet ſcientiam, robur, & exercitium.

Bella his tribus proſperantur, ſcilicet pugnantium exercitu, ſapientium conſilio, dominorum præcepto.

Ad Bellum iuſtum tria requiruntur, ſcilicet authoritas Principis, iuſta cauſa, & intentio recta.

Bella inter principes potentes facile excitantur, difficiliter inter eoſdem ſedantur. Cumin. c. 33.

Bellorum conſiliarij, fautores, & conflatores à Deo puniuntur. Cumin. c. 61.

Prælium facile poſcunt, & flagitant inexperti, vt togati. Cumin 2. par. c. 40.

Bellum nullum ipſum per ſe eſt optandum, ſed pacis tantum cauſa ſuſcipiendum. Plat. lib. 1. de leg.

Bella externa ingruentia, ſedant domeſticas ſeditiones. Tit. Liui. Decad. p. lib.

Bello, & ferro aperto, non autem perfidia, & veneno tollendus extraneus hoſtis publicus. Tacit. lib. 2. Annal.

Præſtat arduum, & difficile bellum euitare, honeſtis conditionibus hoſti conceſſis, quam ſe cupiditate vindictæ in incertum martis euentum conijcere. Tacit. lib. 12. Annal.

Vicinos prælio, & bello inter ſe certantibus, vicina vtriſq. loca noſtra valido paratoq; ſubſidio firmanda, ne victoria vicinus elatus, noſtram partem tollat. Tacit. lib. 12. Ann.

Bellorum, & odiorum ſemina inter vicinos nobis populos, vt plurimum tutam nobis pacem præſtãt. Tacit. lib. 12. Anal.

Labores in exercitu aſſidui faciunt, vt milites ſint in

eo mansuetiores. Xenoph.lib.2.

Ad hostes fallendos sæpe expedit ignes post castra facere. Xenoph.lib.3.

Bella externa ingruentia sedant domesticas seditiones, externus timor est magnum concordiæ vinculum. Tit. Liui.lib.2.

In prælijs Imperator infelix, ab exercitu remouendus. Polib.lib.1. histor.

Bella consilio, pecuniæ vi, & resistendo potius quam aggrediendo conficiuntur. Tit. Liui.lib.2.

In bello prima ex hostibus præda data militibus maxime eos in reliquũ bellũ acuit, & animat. Liu.l.6.

Bella quantumuis iusta ex causa, tamen non nisi ex consensu, & consilio Principum sunt à Summo Magistratu suscipienda, vt eos ad ea paratiores habeat. Herod. lib. 7.

Iniusta bella, & non necessaria tandem exitus habent infœlices, & tragicos successus. Herod. lib. 1. Hist. Tit. Liu.lib.8.

In bello etiam præstat nihil tam crudele facere, aut sponte attentare, quod sibi omnem cum hoste futuro reconciliationis spem adimat. Poli.l.1. hist.

In bello ciuili seu sociali victoris in captiuos clementia, et eorum liberalis dimissio, tractatio, & ad se inuitatio, multum ad contrariæ partis exercitum dissoluendum, & ad se protrahendum potest. Polib. lib. 1. Histor.

In bellis ciuilibus nihil festinatione tutius. Nam ibi facto magis quam consilio est opus, itaq. qui cunctantur, vel trepidant statim inuadẽdi. Tac.l.1.hist.

Multa hominum genera diuersa tamen ratione ciuile bellum capiunt: alij amore Reip. vt bene constituti

alij

alij ambitione, alij auaritia, alij odio regentium, itaq facile concitari illud poteſt,& ſolet. Tacit.li. 2.Hiſtor.

Bella multa impetu primo valida per tædia, & mores tandem euaneſcunt. Tacit.lib.2.Hiſt.

Belli initia, & ſi fœliciter non ſuccedunt, propterea tamen non eſt animus ſtatim deijciendus, & languescendum. Thucid.lib.1.hiſt.

Continuata etiam ſub hieme militia, & hoſtem terret,& noſtros magis militares facit. Tit.Liui.lib.5.

Bella ſubſtinēt magis opes ſuperfluæ, quam violentæ collationes. Thucid.lib.1.hiſt.

Barbarorum in noſtras regiones irruentium animi leniendi potius, vt diſcedant,& alio ſeſe recipiāt,quā armis irritandi. Tit.Liu.lib.5.

Benignitate ac clementia magis vincitur hoſtis glorioſus,quam armis. Polib. lib. 5.

In bello diſcordia Ducum inter ſe magnarum cladū cauſa corrumpit, aut inutiles reddit multas rei præclaræ gerendæ occaſiones,imo etiam ſæpe toti exercitui exitium affert. Tit. Liui. lib. 4. Thucid. libro 8.

Pecunia neruus belli. Thucid.lin. hiſt.

Bella non temere,ſed meditato,& poſt lōgam deliberationem demum ſuſcipienda. Thucid.lib.1.

Bella non magis armis, quam ſumptibus geruntur. ibidem.

Bellum per raro eum finem habet, qui ſperabatur. Thucid. lib. 1.Hiſt.

Præmia in bello ijs, qui erunt ſtrenui ante certamen ſeu prælium ſunt publice proponenda, & pronuncianda. Xenoph. lib. 2. Herod. lib. 1.

Otium

Otium,& ſegnities militum in caſtris, aut præſidijs. itaq. nulla eorum diſciplina omnium ſeditionum fons eſt.Polib.lib.1.hiſt.

Bella non ſæpe his locis, quibus putantur geruntur, nec eos exitus habent, qui ſperabantur; itaq. non ſic ſi poſt longam deliberationem ſunt ſuſcipienda & rebus in omnibus in vtrumq. euentum paratis. Polib.lib.3.Hiſt.

Dum bella à veris Dei ſeruis ſunt prædicta, vel probata,ea res magnum in animis hominum, vt victoriam ſperent, & fortiter pugnent, habent momentum. Cum.2. p. c. 25.

Bella maxima non niſi maximo prius apparatu commeatus pecuniæ,telorum, armorum, & exercitus noſtri,& ſociorum,facto rectè ſuſcipi,aut diu tolerari poſſunt. Polib.lib.2.

Hoſtis tunc maximè aggrediendus, quum adhuc eſt laſſus,& itinere,ac labore defeſſus. Polib. lib.3.

Bella ab imparatis,& adhuc debilitatis propter alias clades ſunt redimenda;etiam iniuſtè illata.

Belli eſt facillima diſſoluendi ratio, coniugia inter hoſtes, & hoſtium duces inita. Herod. lib. 1. hiſt. Thucid. lib. 2.

Prædæ auiditas ſæpe victorias certas corrupit. Tit. Liu. lib.9.

Bella diuturna tandem alterutrius partis calamitas finis etiam,quæ prius,neq. ratio, neq. æquitas terminare poterat. Polib. ſup. p. bellum Punic. finit.

Re feliciter geſta extra ordinem militibus danda præmia, quo ſint ab eoſdem labores iterum ſuſcipiendos alacriores. T. Liu. lib. x.

In bellis maxime dominatur occaſio, quæ minima

præter-

prætermittenda est, & sæpe propter parua momenta neglecta, magnæ rei benè gerendæ occasiones amittuntur. Polib. lib. 9.

Per caliginem diei, & oppida capi, & castra inuadi facilius solent. T. Liu. lib. x.

In bellis, qui prius instructus, & paratus prodit, magnas hostis commoditates eripit, & metum inijcit Thucid. lib. 5.

Belli iusti initia à Dei inuocatione facienda. Xen. l. 1.

Impransis, & nondum curato corpore à militibus prælium si euitari potest, numquam suscipiendum. Polib. lib. 3. Thucid. lib. 9.

Bellum geritur, non opibus, sed viris strenuis: ergo ne ijs Resp. vnquam careat, videndum est. Plat. lib. 4. de Repub.

Etiam victoriæ ipsę sunt sæpe ipsis quoque victoribus honestæ. Itaque bella minimè optanda, vel ad ea Rep. componenda, confirmandaq.

Cum de quouis bello suscipiendo prudenter, & diu deliberandum est: tum vero præsertim de eo quod est & longinquum, & periculosum, idest quod ad aduersus validum, & bellicosum hostem, & à nobis procul remotum gerendum est. Thucid. lib. 6.

Aequitas iustitia, sinceritasq. nostra hosti nota, & patefacta sæpe eum ad nos volentem pertrahit, & permouet, vt se nobis dedat. Tit. Liu. lib. 5.

Nouum genus armorum, & inauditum nō modo terret hostes, sed etiam ferè primam victoriam affert. Tit. Liui. lib. 4. itaque Duci in id maxime incumbendum, vt noua belli instrumenta inueniat. Xenoph. lib. 1.

Hosti inuadere volēti si vltro ipse occurras, & tuis ani-

nimos addis,& hosti detrahis. Thucid.lib.6.

Pugnant acrius, quibus nulla spes pacis cum hostibus,aut veniæ reliqua est. Tit.Liui.lib.3.

Acerrime sub eo duce pugnāt milites, quem habent charum. Tit.Liui.lib.7.

Exercitus etiam timidi, cum spes omnis fugæ erepta est,facit,vt strenue pugnent.Herod.lib.5.

Temeritas, et superbia populorum iniusta bella suscipiētium,eos perdit funditus: Aequitas autem,& moderatio differentium donec iuste id,& commode facere possint,eos seruat, & tandem victores efficit. Thucid.lib.7

Bellum suscipitur inutiliter aduersus eum populum, qui vel nullis est opibus,vel exiguis. Herodi. lib.4. Guic.lib.5.hist.

Imperatorem in exercitum liberalem esse oportet,vt eius beneuolentiam sibi conciliet,Xenoph.lib.3.

In bello multa condonanda, quæ contra leges domesticas necessitate belli vrgente perpetrantur. Thucid.d.lib.4.

Bonus euentus,ac fœlix fere virtutum bonaq. consilia sequitur: ac proinde nihil præsertim in bellis temere,& sine iusto consilio inceptandum. Tit. Liui. libro 5.

Bellis celeritas Ducis, & in exequendo magna commoda affert. Thucid.lib.3, et 6.

Exercitus optimus est,qui parere Duci didicit, ordines seruat, sequi signa confestim, non autem per cateruas vage pugnare, et sic collocatur, vt subsidijs mutuis firmentur omnes acies. Tacit. lib.2. Annal.

Legati iure gentium Sacrosancti, itaq. propter eos viola-

violatos iuste bellum suscipere. Tit. Liui. 1. Decad. libro 1.

Militaris rei studium ibi perit, vbi non illius periti homines: sed cuiusuis vocationis homines ex fauore, non ex virtute exercitui, vel militibus præficiuntur. Xenoph. lib. 8.

Bellum nullum suscipi debere ab optima ciuitate, nisi aut pro fide, aut salute Ciuitatis. Cic. de Rep.

In bello siquidem longè plus habent momenti prudentia, solertiaq. quam vires, consilij expertes. Euripid. lib. 8. apoph.

Hostis nūquam contemnendus, quantumuis timentis speciem præseferat. Thucid. lib. 5.

Omnis exercitus extraneus, maximè statim in ipso aduentu, & initio est terrificus: ergo primo quoq. tempore est illi aduersus hostem eundum, ac præliandum: ne si terror iste mora diuturna euanuerit, hostes animum recipiant, et in eum audaciores fiant. Thucid. lib. 6. et 7.

Peditatus quantumuis firmus, absque equitatu in prælijs tamquam nudus censetur. Thuc. lib. 6.

In ducendo, hibernandoq. exercitu, præcipua commeatus, seu annonæ cura, ducibus habenda est. idem lib. 6.

In bellis æquitas, iustitiaq. belli suscepti in primis et noscenda Duci ipsi, et alijs ab eo proponenda. Xenoph. lib. 1.

Exercitui noctu proficiscenti maxime silendum, nam nocturnum iter tutissimum fit per aures, diurnum per oculos, vtrumq. tamen per præmissos semper equites, et exploratores. Xenoph. lib. 5.

Hostes quam primum sunt aggrediendi, dum et impara-

rati adhuc ſunt, et auxilia ſuorum expectant. idem lib. 6.

Exercitus ſeditio ſtatim non vi, ſed blãda Ducum oratione cohibenda, facile vero ad vicinos exercitus alios peruadit. Tacit. lib. Ann. 1.

Exercitus ſeditioſus placatus ſtatim in hoſtem ducẽdus, vt quietior ſit. Tacit. lib. Ann. 1.

Exercitus ſeditio placatur ſublatis ſeditionis auctoribus, vel ſi qui in eo manent boni, & intemerati, in partes noſtras traducantur pręmijs. Tac. lib. 1. Ann.

Exercitus tutius ſemper eſt iter terra, quam mari. Tacit. lib. 2.

Imperator exercitus qui neq. in ſuis, neque in alienis ſanis conſilijs conſtans eſt, facile ſeipſum, & exercitum euertit. Tacit. lib. 15. Ann.

Stratagema hoc, nempe fama ſparſa de ſuperuenientibus auxilijs in ipſo prælij feruore, facile terret hoſtes, & fugat. Tacit. lib. 3. hiſto.

Bella inter principes potentes facile excitantur, difficile inter eoſdem ſedantur. Cumin. lib. 1. c. 33.

Prędium amiſſum multa incõmoda ſequuntur. Itaque raro de ſumma rerum tota prælio decertandum, Cumin. c. 85. 87. 79.

In pręueniendo, & diuertendo, bella vincuntur. Franciſ. Guicciardinus lib. 1. hiſt.


Belli euentus, vt plurimum dependent à fama, Guic. lib. 2. hiſt.

Bellum melius adminiſtratur à Domino, quam per alias perſonas. idem lib. 7.

Nulla victoria eſt tam vtilis, & inſignis, & glorioſa, quam illa, quæ acquiritur ſine vllo damno, & effu-

ſione ſanguinis, ſuorum militum. idem. 14.

Maxima & prima laus in diſciplina militari, magis cõtinetur in non ſubijciẽdo ſe periculis ſine neceſſitate, ſed magna induſtria, patientia, & arte reddere vires aduerſariorum vanas, quam ferociter pugnare. Idem 14



DE ITINERIBVS.

Cap. IX.



IAM communem ne relinquas, niſi neceſſitate coactus, aut tuto, aut vtiliter.

In caupona ſolitaria noli verſari, nec nocte equiteris.

Solus numquã iter peragas, nec per vrbem eas, multa enim obiter contingere poſſunt.

Noli ob viæ breuitatem te latronum, aut aquarum periculis obijcere.

Cum in via ſis de ſola via cogita.

Ne umquam ſub grundis ambules propter lapſum tegularum.

Aquam inexploratam equo, aut furentem, Nauicula ne tranſeas.

Equo præter neceſſitatem non curras, nec nates in profunda aqua.

Vrbem aut oppidum,aut domum, ne ingrediaris nisi per portam.

Nihil emas in via, ne viæ pericula post habeas, aut pœniteat emptionis.

Cum iter ingressurus eris, omnia prius pręmeditata scribas.

Ne in viam,quam nescias absq;duce fido ingrediaris

Ignotum comitem numquam in via,nec in societate admiseris.

Comes facundus in via pro vehiculo est.

Vitate bouum anteriora,equorum posteriora

Caue ne occurras homini incognito properanti, vel belluę,rapidi etiam canes recte semper incedunt.

Equum, ne equo succedere permittas.

Super pontem fractum,aut nimis angustum, ne cum equo transeas.

Super equum incognitum,ne ascendas.

Super equum mansuetum ne ascendas, nisi habenis prius comprehensis.

Euntes per Vrbes supra & infra inspice, extra Vrbem humiles habe oculos.



DE SAPIENTIA.

Cap. X.



SAPIENTIA est cognitio primarum,& altissimarum causarum. Arist.Metaph.1.

Sapientia est multarum, & mirabilium rerum scientia. Arist.Reth.

Cor sapientis erudiet os eius, & labijs eius addet gratiam. Sal.

Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur, & si compresserit labia sua intelligens. Salom.c.17.

Audi consilium,& suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis.Salom.18.

Cor prudens possidebit scientiam,& auris sapientum quærit doctrinam.Salom.c. 18.

Sapientia melior est,quam vires, & vir prudens quã fortis.Sapien.c.6.

Qui respondet prius,quam audiat stultũ esse demonstrat,& confusione dignum.Salom.c.18.

Si quis vestrum indiget sapientia postulet à Deo. S. Iacob. lib.1.c.1.

Stultus vt luna mutatur: sapiens enim non metu frãgitur, non potestate mutatur, non extollitur prosperis, non tristibus mergitur: vbi enim sapientia, vbi virtus est,ibi constantia, & fortitudo: sapiens ergo idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus,nec vt paruulus fluctuat, vt circũferatur omni vẽto doctrinę.Amb.ep.ad Sing.

Fili

Fili concupiſcens ſapientiam, conſerua iuſtitiam, & Deus præbebit illam tibi. Eccleſ. 1.

Deus neminem diligit, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat: eſt enim ſpecioſior ſole. Sap.7.

Stude ſapientiæ, vt poſſis exprobanti reſpondere ſermonem. Sal. 27.

Tempus, & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Eccleſ. 8.

Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. Eccleſ. 57.

Sapientia vtilior eſt cum diuitijs, & magis prodeſt videntibus ſolem. Eccleſ.7.

Sapientia melior eſt cunctis opibus precioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Sal.8.

Et ſi diuitiæ appetuntur in vita, quid ſapientia locupletius, quæ omnia operatur. Sap. 8.

Sapiens vbicumq. acceſſerit, vbiq. ciuis eſt, vbiq. ſua eſſe intelligit, nuſquam ſe peregrinum, nuſquam hoſpitem ſe iudicat. Amb. ep.36. ad Conſt.

Sapientia illa clara eſt, non quæ in verbis volat, ſed quæ in virtutibus conſtat. Greg. in mor.

Otium ſtultitiam, labor ſcientiã generat in pueritia, labor diſciplinæ in iuuentute exercitij, in ſenio doctrinæ, vt quæ neſcit, in pueritia diſcat, quæ didicit in iuuentute ad vſum dicat, & quod ad vſum dixerit, in ſenium doceat. Auguſ. de clauſ. lib. 1.

Omnis ſapientia à Deo eſt, cum illo fuit ſemper, & eſt ante æuum Eccl. c. 1.

Sapientia non niſi adiuuante Deo diſci poteſt.

Sapientiæ initium eſt timor Domini.

Sapientiam non tam humanis ſtudijs comparari, quã purgatis moribus diuinitus infundi.

Agros enim,& ciuitates ſapientia, & nauē gubernat. Phociſ.

Sapientia diuitijs poſſeſſio præcioſior. Menander.

Sapientis eſt occultare propria damna. idem.

Sapientię ætas condimentum eſt, ſapiens ætati cibus. Plautus.

Non ætate, verum ingenio adipiſci ſapientiam. idem.

Iſtud eſt ſapere non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa, quæ futura ſunt proſpicere. Ter. Adelph. 3.4.

Dictum ſapienti ſat eſt. Ther. Phor. 3.3.

Iſtud eſt ſapere, qui vbicumq. opus ſit animum poſſit flectere. Ther. Hæc. 4.3.

Conſilio omnia prius experiri, quam armis ſapientem decet. Ther. Eun. 4.7.

Sapiens perfecte eſſe non poteſt, niſi cęteris ingenio pręſtet, & artibus, & prudentiæ partibus imbutus ſit. Plat.

Sapiens nec in ſecundis rebus effertur, nec contrahitur in aduerſis. Apul. de dogm. dilat.

Sapiens ad omnem incurſum munitus, & intētus eſt; non ſi paupertas, non ſi luctus, non ſi ignominia, non ſi dolor impetum faciat, pedem referet. Sen. ad Luc. ep. 60.

Sapiens plenus eſt gaudio, hilaris, & placidus, & inconcuſſus cum Dijs ex pari viuit. idem.

Non enim viuere bonum eſt, ſed bene viuere, itaq. ſapiens viuit quantum debet, non quantum poteſt, videbit vbi victurus ſit, cum quibus, quomodo, quid acturus, cogitat ſemper qualis vita, non quanta ſit. idem epiſ. 72.

Sapiens vincit virtute fortunam.idem.

Non re facta, ſed multo ante deliberandum eſt viro ſapienti. Ephich.ſicul.

Sapientia ſola inter omnes poſſeſſiones immortalis eſt. Iſocrat ad Demoſt.

Sapientem eum eſſe iudicamus, qui, & arduas, & difficiles poſſit cognoſcere, & res eas, quas non facile homo cognoſcat. Ariſt. 1. metaph. c. 2.

Sapientia ars viuendi putanda eſt, quæ męſtitiam pellit ex animis, exhorreſcere metu non ſinit, quia præceptrix in tranquillitate viuere poteſt cupiditatum ardore reſtricto. Cic. 1. de fin.

Sapientia eſt ſanitas animi. Cic. 1. Tuſ.

Sapientia nihil eſt optabilius, nihil præſtantius, nihil homine dignius eſt, quæ diuinarum rerum, & humanarum ſcientia. Cic. 2. offic.

Ad Remp. plurima veniunt commoda, ſi moderatrix omnium rerum præſto eſt ſapientia, hinc ad ipſos, qui eam adepti ſunt laus, honor, & gloria, & dignitas confluit. Cic. 1. de iuuen.

Sapientis animus numquam eſt in vitio, numquam turgeſcit, numquam tumet, numquam ſapiens iraſcitur. Cic. 3. Tuſ.

Scientia inflat, charitas vero ædificat. Corinth. lib. 1. capit. 8.

Qui ſapiens eſt corde appellabitur prudens, & qui dulcis eloquitur, maiora reperiet.

Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia, vbi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia.

Sapientia melior eſt enim cũctis opibus prætioſiſſimis, & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. Salom. c. 8.

Sapientia regunt, qui agunt omnia cum consilio. Salom.3.
Qui cum sapientibus graditur sapiens erit, amicus stultorum similis efficietur. Sal.c.11.
Sapientia callidi est intelligere viam suam, & imprudentia stultorum errans. Sal.23.
Qui patiens est multa gubernatur prudentia, qui autem impatiens est exaltat stultitiam suam. Salom. cap.14.29.
Sapientiam posside, quia auro melior est, & acquire prudentiam, quia preciosior est argento. idem.
Qui sapiens est audit consilium. Salom.c.12.
Omne cum consilio agendum, & cum sapientibus gradiendum. Salom.c.13.
Mores primum, mox sapientiam disce, quæ sine moribus male discitur. Senec. epis.76.
Sapientiæ delitias cognosce, & eas non aspernaris.
Libris optimis in vnaquaq. disciplina operam da, pauciora enim, meliora tamen potiora.
Sapientia fœlices efficit.
Sapiens dominabitur astris. Ptolom.
Sapientem oportet phantasmata speculari.
Sapientem solum diuitem esse.
Sapiens ab omnibus amatur.
Sapientia hominis custos, & procuratrix.
Sapientia moderatrix omnium rerum.
Sapientia numquam aberrat, neque fallitur.
Sapiens Deo similis est.
Sapientes non habere perturbationem.
Fugere non esse sapientis.
Sapientem non irasci.
Sapientem etiam si medicus sit non beatum modo,
sed

sed diuitem, semperq. beatissimum.
Non est sapientis dicere non putabam. Cic. 3. de fini.
Sapiens animus, magnitudine consilij, tolerantia rerum humanarum, contentione fortunæ, virtutibus omnibus, vt mœnibus septus vinci, aut expugnari non potest, Parad. 4.
Pro varietate occasionum vir probus, & sapiẽs, sæpenumero cogitur mutare consilium, cum scriptura numquam mutetur.
Silentio stultitiam tegere, est pars aliqua sapientiæ.
Sapientiam Dei filiam appellare solitus est, eamque solam rerum omnium esse immortalem, atq. ex omni genere animantium soli homini concessam. Panor. in Prooem. lib. 3. de reb gest. Alphon.
Consilio duo maxime contraria esse, festinationem scilicet, & iracundiam, homo enim iracundus, cum extra seipsum sit, vacuus est omni consilio. Laert. in eius vita.
Sapiens cognoscitur, quia cum vituperatur, non irascitur, cum laudatur non extollitur. ibidem.
Iuri dicendo optimi, qui callidi, solertesque ingenio, iuris, & eloquentiæ consulti, popularem turbam regere possunt. Tit. Liui. lib. 10.
Tempori cedere (idest necessitati parere) semper sapientis habitum est. Cic. epist. fam. 4. M. Marcello.
Temporibus parere, omnes politici præcipiunt. Cicer. Att. 12.



DE

DE VIRTVTIBVS & primo de Fortitudine.

Cap. XI.


ORTITVDO à Deo eſt. Salom. capit. 28.

Non in fortitudine ſua, ſed Dei roborabitur vir. Primo reg. 2.

In timore Domini fiducia fortitudinis. Sal. 14.

Si Deus pro nobis quis contra nos. Rom. 8.

Melior eſt ſapientia, quam vires, & vir prudens, quã fortis. Sapien 6.

Qui vera virtute fortis eſt, nec temere audet, nec inconſulte timet. Auguſ. in epiſt. ad Hier.

Vir fortis ille ſolus debet iudicari, qui temperatus eſt, moderatus, & iuſtus. Lact. firm. lib. 1.

Timidus in ſapientia eſſe non poteſt. idem lib. 2.

Omnes virtutes honeſtæ ſunt, & pulchræ, ſola fortitudo nos ſimiles immortalibus Dijs facit beatos reddendo.

Pericula magna non niſi periculis depelli ſolent.

Stultum eſt formidare, quod vitare non queas veluti mortem, quamobrem in his fortiter te gere.

Cogita, quod vita hominis mors eſt, & mors vita.

Scias, quod bonus animus in mala re dimidium eſt mali.

Pro ea infamia, quę vel falsa est, vel velare, vel sarcire potes, periculo mortis te noli committere.

Læti viuete, quantum licet, curæ enim atterunt hominem non liberant.

Rerum, quæ mutari nequeunt, omnem prorsus curam abijcite.

Nolite in aduersis animo concidere, nec in secundis extolli.

Audaces fortuna iuuat, timidosq. repellit. Virg.

Fortitudo in periculis, labor in negotijs. Cic. pro l. Manil.

Fortitudinis comites sunt magnitudo animi, grauitas, patientia, rerum humanarum displicientia. Cicer. 2. Tusc.

Fortitudinis enim non est pecuniam parare, sed fiduciam animi. Arist. 1. Polit. 6.

Constans, vt sis opto, contumacis nequaquam:

Patientia durum frangit, humilitas omnia vincit.

Arcum intensio frangit, animum remissio.

Pietas, & eius contemplatio formidinem auget, tristitiam tollit, & Deos gratos efficit.

Fortitudo sustinet pericula mortis, sed patientia sustinet quæcumq. mala.

Fortitudo corporis consistit in quinq. scilicet, Vigore complessionis, robore membrorum, abundantia cibi, constantia mentis, & experiētia bellicæ artis.

Fortitudo est circa difficiliora, non autem circa meliora.

Audacia militibus magis prodest in rebus deploratis, quam consilio opus sit.

Agere, & pati fortia strenui viri, & ciuis, & militis est. Tit. Liu. lib. 2.

Forti-

Fortitudo moderatur timorem,patientia,& perseuerantia iustitiam,sed mansuetudo iram.
Substantia diuitis, vrbs roboris eius, & quasi murus validus circumdans eum.
Nemo viribus suis confidat. Augus.lib.1.
Fortitudine præstat amor Dei.idem.
Fortitudo decreuit potius quælibet mala sustinere, quam malo culpæ consentire. Augus.lib.5.
Fortitudo superat iacula fortunæ.idem lib.10.
Fortis,& iusti viri est nec aduersis frãgi,nec prosperis subleuari,sed in vtroq. esse moderatum. Hier. super Ioel.
Fortitudo non nisi in aduersitate ostenditur. Greg. lib.5.moral.
Fortitudo destruitur, nisi per consilium fulciatur. idem.
Bonus animus in re mala dimidium est mali. Plat. in feud.
Fortitudini fortuna quoq.adiumento esse solet.Cic. Reth.nouo.lib.3.
Qui forti,atq. magno animo est omnia, quæ cadere in hominem possunt,despicit,& pro nihilo putat. Cic.lib.3.de fin. mal.& bon.
Necessitudo etiam timidios fortes facit. Salust. in Catil.
Quando necessitas patitur, potest facere contra leges.Thomas p.2.quæst.98.art.6.
Vim vi repellere licet. l.vim ff.de iust.& iur.
Defensio est de iure diuino, de iure naturæ, de iure gentium.ibidem,& Guic.lib.10. in epist.Soderini.
Secundis rebus feroces sumus.Salust.in ligurt.
Nemo tam fortis est,quin rei nouitate perturbetur.
Iul.

Iul.Cæſ.lib.6.

Turpe eſt cedere oneri,non eſt vir fortis, & ſtrenuus, qui laborem fugit.Senec.epiſ.22.ad Lucil.

Fortis eſt non qui modo hoſtes ſuperat, ſed & qui voluptatibus ſuperior exiſtit.Stob.ſerm.7.de fert.

Fortitudinis nullũ eſſe vſum niſi adſit iuſtitia.Plut. in apoph.lac.

Fortes inquit viros atq. moderatos decet optima quidem optare,ſed ferre etiam,quæcumq. accidũt contra animi votum.Herodian.lib.6.

Fortitudinis quippe, eſt rebus proſperis non extolli infauſtis nequaquam deijci animo,idem.

Non decere Cæſaris præfectos,niſi ſtantes mori, ignauum eſſe ſentiens in lecto incumbentem expirare.Max.in 7.

Fortes ex eo nominantur, quod ea, quæ acerba ſunt, & videntur,forti magnoq.animo perferantur.Ariſtot.3.Ethic.

Fortitudo eſt virtus animoſi, per quam non facile mortis metus incutitur. Ariſt.ibidem.

Qui rebus aduerſis erigit animum fortis habetur, & inſuperabilis.Plut.moral.

Fortis vir in calamitatibus, & iniurijs non deturbatur, ſed magis animatur. Thiuer.apoph.15.

Fortior eſt,qui ſeipſum vincit,quam alios. ibidem.


Fortiores, ac firmiores ſumus in his, in quibus nos duris caſibus exercuit fortuna. Man.

Fortitudinis,& magnitudinis animi proprium eſt nihil extimeſcere, omnia humana deſpicere, nihil quod homini accidere poſſit intolerandum putare. Cic 3.de off.

Fortitudinem omnem, aut in dolore, aut in labore,

aut

aut in periculo ſpectari. Cic. 3. de Nat. Deor.
Fortiſſimus, & robuſtiſſimus exercitus eſſe ſolet, vbi vir virum legit. T. Liu. lib. 9.
Conatum iuſtum, etiam Deus adiuuat. Menan.
Viri eſt, accidentia generoſe ferre. idem.
Moriamur, & in media arma ruamus.
Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem. Virgil. Æn. lib. 2.
Nunc animis opus Ænea, nunc pectore firmo. idē l. 2.



DE PRVDENTIA
In Generali.
Cap. XII.



PRVDENTIA docet te, vt in cunctis idem ſis, tam in proſperis, quam in aduerſis. Aug. de Ciu. Dei.
Prius quam audias, non reſpondeas verbum, ne ſtultum te eſſe demōſtres, & confuſione dignum, & medio ſeniorum ne adijcias loqui. Sal. c. 18. 13.
Maledictus homo, qui retinet verbum increpandi. Ier. c. 18.
Spes, quæ differtur, affligit animam. Salom. c. 13.
Cor gaudens exhilarat faciem, mœrore animi deijcitur

citur ſpiritus. Sal. c. 15.

Diſſipantur cogitationes vbi non eſt conſilium: vbi vero ſunt plures conſiliarij, confirmantur. Sal. 15.

Laudet te alienus, & non os tuum: extraneus, & non labia tua. Salom. 17.

Nolite omni ſpiritui credere, ſed probetis ſpiritus, ſi ex Deo ſint.

Aſtutus omnia agit cum conſilio, qui autem fatuus eſt, appetit ſtultitiam. Salom. c. 23.

Salus vbi multa conſilia. Sal. 11.

Prudentia eſt virtus intelligentię, & rationis, per quã in conſulendo delectus haberi poteſt bonorum, & malorum, quæ pertinent ad fœlicitatem. Aug. l. 1.

Prudentia eſt mentis virtus, quæ de bonis, ac malis, quæ ad fęlicitatem pertinent, bene poſſumus conſulere. Ariſt. 1. Rhet.

Prudentia abſq. bonitate malitia eſt, & ſimplicitas abſq. ratione ſtultitia nominatur. Hier. ſup. Oſeã.

Prudẽs ſi bene ſis, in omnibus fortunatus eris. Menãd.

Cogita, deinde fac.

Prudens ſpernit turpe lucrum, ædeſq. ſuperbas. Spernit maturatas, marmoreaſq. trabes.

Prudens omne malum breuiter ſpernit, fugitq. Virtutemq. bona gaudia mentis habet. Borbon. Poeta.

Nihil eſt poſt fortitudinem, quod à Deo ad fœlicitatem conducat, quantum prudentia.

Dum ſapientum prudentiæ res ſubiacent, vatem nec agere, nec conſulere.

Quæ, & a quibus conſilia, ſiue palam, ſiue clam ſuggerantur, diligenter perpendendum, & priuſquam fides illis habeatur dijudicandum, ne pro amico vel ſalubri conſilio, inſidioſum afferãt. Thucid. li. 7.

Ra-

Ratio agendorum ex prudentia primo ſumenda eſt poſt vt dixi à Deo, inde à naturali inuentione, vltimo ex vatibus.

Sacerdotium, ne ſumas abſq; redditibus.

Ea, quæ ad te nec pertinent, nec pertinebunt, & ſi ſcire libeat, ne attingas.

Quæ nullum afferunt detrimentum, agite iuxta conſuetudinem.

Prudens dicitur, quaſi procul videns.

Prudentis opus eſt eſſe bene conſiliatiuum.

Prudentiæ laus non conſiſtit in ſola conſideratione, ſed in applicatione ad opus.

Prudentiæ partes integrales ſunt, octo, ſcilicet, memoria, ratio, intellectus, docilitas, cuſtodia, ideſt ſolertia, prouidentia, circumſpectio, & cautio.

Nulla virtus moralis poteſt eſſe ſine prudentia.

Prudentia vltra virtutes morales eſt maxime neceſſaria ad bene viuendum.

Prudentia adiuuat omnes virtutes, & in omnibus operatur.

In his, quæ pertinent ad prudentiam, homo maximè indiget erudiri, præcipuè à ſenibus prudentibus.

Deteriorem ſucceſſorem gloria parit. Thucid.

Prudentiæ maioris eſt pecunias vtiliter expendere, quam eas vtiliter conſeruare, vel cuſtodire, quia plura ſunt attendenda circa vſum pecuniæ, qui aſſimilatur motui, quam circa conſeruationem, quæ aſſimilatur quieti.

Quæ ſciri non vis, nemini dicas.

Quæ in tua ſunt facultate, nulli alij credas.

Somnijs, nec confidite, nec ea contemnite, maxime cum peculiaria ſint genti tuæ.

Co-

Cognoſcite vos ipſos,& alios,cum quibus verſamini,& occaſionem.

In animi perturbationibus numquam deliberate.

De actionibus aliorum quę tuis verbis non fient meliores,noli loqui.

Aliena non niſi ſuperabundanti ocio curate.

Memento quod vnam tantum habetis linguam, & duas aures.

Pauca loquere, in multo enim ſermone multa excedunt imprudenter.

Leges pro varia rerum, & perſonarum differentia tēperamentum accipiunt: non ſunt autem vbiq. eędem, & in eadem ciuitate perpetuæ. Plato ex Polit.Dialogo.

Nolite credere, vbi credendo periculum ſubeatis.

Sine vtilitate nolite futura prædicere.

Negotia omnia, vt equos tractate in via, quamuis enim manſueti ſint,vinculo retineatis.

Teſtamentum conde,dū animo,& corpore ſis ſanus.

Nolite in alienis rebus triſtibus,aut periculoſis iocari,ne maximam prouocetis iram.

Neminem ante finem fœlicem exiſtimate, maxime cum non ſecundum virtutem vixerit.

Quod cogeris facere,fac,vt ſpontę feciſſe videaris.

Si recte negare beneficia ſciueris, impendiſſe quaſi videberis: diligentiam igitur maximam in hoc adhibe, importunos fallere, neceſſe eſt,alijs perſuaſione opus eſt.

Duo ſunt tempora loquendi, vel cum neceſſitas cogit, vel cum exploratiſſima narras, quæ enim dixeris, ſilere amplius non poteris, quæ ſilueris plerumq. dabitur dicendi occaſio.

Cum dixeritis, quidquid volueritis, multa, quæ non vultis audietis.
Absurdissimum est opes recondere, & gaudia, ac mœrores, quibus aditus inimicis aperitur, efferre, quibus de rebus amicorum consilium capere pudet, tamquam de alijs narras.
Ne ludas circa ignem.
Ne irrideas quempiam, sed misereri potius te ostenderis.
Ne loquaris coram agentibus res serias, aut coram musicis se exercentibus.
Quatuor bonæ matres, totidem filios malos peperetunt, veritas odium, fœlicitas factum, securitas periculum, familiaritas contemptum.
Ne quidquam nimis.
Noli crabrones irritare.
Cuius mortem sui expectant, oderunt vitam.
Senes venerare, deteriore enim conditione eris, si tales non facies.
Noli ad pugnantes accedere, nisi sint tui neccessarij.
Noli ridere cachinno: risus enim abundāt in ore stultorum.
Noli vti verbis tristibus, nec leuibus, nec impudicis, nec dissimulatis, nec ironia.
Noli flere videntibus alijs: muliebre enim est.
Noli luctum multum extendere; breuis enim vitæ portio magna perit.
Ferre ea incommoda, quibus depulsis maiora sequi necessarium est, vel in quibus depellendis maximū est periculum.
Prudentia summa est, stultitiam simulare loco. Cato.
Vtilior est magna prudentia cum parua scientia; quam

quam magna ſcientia cum parua prudentia.
Necromantiam nullam eſſe, Alchimiam eſſe credere, præſtat ab infamibus igitur abſtinere.
Sceleris, aut iniuriæ, quam inferre non cogitas, omnem deuitate ſuſpicionem.
De vobis ipſis, filijs, ac coniuge nullam penitus apud alios mentionem facias.
Res omnes mediocris ſaltem momenti ſcripturę mã da; memoria enim fallax, & ſic liberius alijs nego tijs intendes.
Mundo, & ornato, ſed exigui ſumptus veſtitu contentus eris.
Cauſam quærit, qui vult diſcedere ab amico. Sal.
Malum conſilium, quod mutari non poteſt.
Magis fidus hæres naſcitur, quam ſcribitur.
Fortunam reperire facilius eſt, quam arripere; arripere autem quam retinere.
Fortunam abeſſe nulli contenta eſt ſemel.
Virtute duce, comite fortuna.
Non minor eſt virtus acquirere, quam parta tueri.
Sed magis laudare, nihil agere, ſiue dicere, non eſt rectum, nam fœlicitas actio eſt. Ariſt. Polit. 4.
Caue ne taciturnitas ſit cum periculo, aut cum iactu ra procacitas.
Propterea caue ſcire ea, quæ æqualiter habent ferme periculum tacendo, atque loquendo.
Qui admodum bene dixerunt pro ſe ipſis, in factis errant.
Memento, quod beneficium, beneficio, aut inſigni iniuria rependi ſolet.
Quæcumq. ſuſpecta ad te pertinent, protinus diſcute, ac diligenter.

Existimationem retine cum comitate, est hoc difficillimum.
Caue à taciturnorum offensione,
Offensus in lapide, offendens vero in puluere scribit.
Nihil agite tamquam protinus morituri, nec certam spem vitæ vobis præfinite.
Multitudini place, vel saltem noli displicere.
Dum malos perdis bonos seruas.
Nostra alijs, aliena nobis magis placere solent.
Vltionem qui negligit, animum præparat ad alias ferendas iniurias.
In aliena domo liberalitatem numquam præferas.
Tempus omnia mutat, alia quidem in melius, alia in deterius.
Non ita aliorum negotia cures, ne tibi iacturam, aut periculum referas.
Noli in morte aliorum tuas spes collocare.
Consilia etiam seruorum ne contemnas.
Sapientes ab operibus, non ex verbis, stultos autem ex vtroque iudica.
Beneficia, & inclyta opera sunt propugnaculum iniuriarum in alios illatarum, tum etiam perpetratorum scelerum, ob id etiam inexpectata aliorum officia cauete.
Minima maximarum rerum sunt initia, ne igitur polliceamini facile.
Memento, quod qui offendunt non parcunt.
Sapientis est mutare propositum.
Vt cadenti licet collum & brachia extendere, alioquin turpe, ita in calamitatibus laudare se ipsos ne miseriam suam deflere, aut complorare, aut attenuationem, ac humilitatem animi præferre cogatur

gatur; licet & in periculis, cum pars est laudatio defensionis, & ad exemplum in subiectis ac filijs; licet & ad turpitudinis suspicionem euitandam; licet & per insinuationem, vt similem laudando, aut socium rei gestæ, aut alia quædam, quibus hoc subsequatur referendo; licet & ad minuendam inuidiam, cum solum nobis propria laudamus, vt æquitatem, temperantiam, iustitiam, humanitatem, mansuetudinem.

Minue inuidiam, si quæ tibi euenerunt, in Deum, aut fortunam referes, probabisque facta, nam omnes magis gaudent alienis bonis communibus, quam proprijs.

Vitiosissima est laudatio sui ipsius cum comparatione, nisi cū æmulus fuerit constitutus, ita tamen, vt eam laudationem iactantiæ aduersus te opponas.

Cum in pristinam professionem, quam cōmutaueris, reuerteris, vix reprehensionem effugere licebit, ne errasse videaris, vel eligendo, vel exercitando, vel relinquendo.

Cum omnis foelicitas in hoc sit constituta, vt tantū possis quantū velis, quod possis, idq; omnibus palam est, omnes homines fœlices esse posse.

Verum cum quod potes scire necesse sit, ne minus volendo, quam possis partem, aut plus volendo, quā possis, totam amittas foelicitatem, ob id sane eloquium nostrum est ne erres.

Cum loquaris cum aliquo irato, aut improbo, semper manus non vultum inspice; manus enim timenda non vultus est.

Ignotos homines iuuenes præcipue cauete, etiam magis aduenas, maxime vero in peregrina regione,

non nisi bene comitati ingrediemini, ad ignotum etiam quenquam in cubiculum ex his obducto pessulo admittetis, non plures; solus si etiam suspicemini ab uno ostium apertum admittetis.

Noli credere, neq. fidem vllam adhibere ad litteras sine nomine, vel à personis ignotis scriptas dicentes malum de domesticis, vel de tuis amicis, quia solent esse scriptæ, & transmissæ à tuis inimicis, & ab inuidiosis forsitan domesticis.

Fortunā nolite suspicere, nec contemnere; nec virtuti amicā existimare, nisi vt illi necessaria vsui est.

Vbi erga eas illis opus est, officiosus sis cum grauitate.

Qui altam facit domum suam, quærit ruinam, & qui euitat discere incidet in mala. Sal.

Pulchrū est enim ex aliorum erratis, in melius instituere vitam nostram. Diod. Sic. in procem.

Seniorum consilia, quos longa ætas prudentiores efficit, laudantur. ibidem.

Prudentia circa bonum quadrupliciter se gerit, quū aut adipiscitur bona, aut tuetur, aut adauget, aut prudenter vtitur. Plut. lib. de moral. virt.

Prudentiæ est futuram iniuriam præcauere, indolentiæ vero quod factum est non vlcisci. Democrit.

Prudentia est virtutum princeps, & gubernatrix hominum.

Prudentiæ sui possessores facit similes Deo. Iamblicus in epist. ad Apul.

Prudens vir, ad vitam, quasi viam quamdam non pretiosius viaticum, sed quod magis necessarium est comparat. Coit.

Prudentia est, quæ res definit, ac infinita disponit,

id coq.

ideoq. cæterarum quoq. virtutum dux, & mater eſt. Ramp. Pytagor. de pruden.

Omnis ciuilis adminiſtrationis fundamentum eſt recta ratio, qua innixa Reſpub. bona eſt, & commoda, quę vero illa caret, mala eſt. Plato. Dialogo Polit.

Duo enim, quæ prudentis habitum gignunt, quorum alterum eſt, vt mens diſciplinis, & cognitione ſit munita, alterum ſpectacula, & negotia multa. Architas Pyta. in lib. de vita.

A prouidendo prouidentia appellata eſt. Cic. lib. 1. de leg. in fin.

Priuſquam incipias conſulto, vbi conſulueris mature facto opus eſt. Saluſt. in Catil.

Præſcire cuncta prudentes decet. Luci. Apul. de natur. Deorum.

Prudentis eſt proprium examinare conſilium, & non cito fallaci credulitate ad falſa prolabi, de dubijs non definias, ſed ſuſpenſam tene ſententiam. Sen. 4. de virt.

Fœlix quem faciunt aliena pericula cautum. idem.

Prudens ſi terminos ſuos excedat, callidus, inueſtigator latentium, & ſcrutator qualiumcumq. noxarum oſtenditur. Senec. epiſ. 88.

Prudens ſi fuerit animus tuus, tribus temporibus diſpenſetur, præterita cogitati, præſentia ordina, futura prouide: Vnde Ariſt. Alexandrum admonet, vt prædeceſſorum acta ad memoriam reducat, inquit enim. Annales patrũ diſcute, inde poteris bona exẽpla extrahere, quia acta pręterita dant certum documentum in futuris. Senec. de benefic.

Prudentia nihil eſt homini dulcius, aut ſagaci, ac bona mente melius. Cic. in Tuſc.

Vita non poteſt eſſe iucunda, a qua abſit prudentia. Cic. 5. Tuſc.

Prudentes quidem ex eo videntur eſſe, quod recte cõſilium in his capere poſſint. Ariſ. 6. Ethic. c. 5.

Prudentes homines exiſtimamus, quod ſuæ, aliorumq. vtilitati conſulere poſſunt: ibidem.

Prudentis dicimus eſſe maxime proprium, bene deliberare. ibidem c. 7.

Prudentis, eſt optima exoptare, eaq; ſemper diligere, ac agere. lib. 1. mag. moral. c. 34.

Diuitijs ſine prudentia tuto quis nemo vti poterit. Stob. de prud.

Soli prudẽtiæ, tamquã conſultiſſimo tutori, vt vitam omnem, ita maximè iuuentutem credere conuenire dicebat. ibidem.

Prudentiam tutiſſimum eſſe murũ, quod is nec collabitur, nec proditur. Laer. lib. 6. c. 1.

Prudentis autem decreta ſunt inexpugnabilia. idem.

Præſtantius eſt inimicum prudentia, quam viribus ſuperaſſe. Plut. Lacon.

Prudentia te docet, vt in cunctis ſemper idem ſis, tam in proſperis, quam in aduerſis. Auguſt. ad eremit. in ſerm. de prud.

Prudentis eſt aliquando abijcere rem, ob quam periclitatur. Plin.

Prudentiores reddimur ætate.

Cunctis eſto benignus, nemini blandus, paucis familiaris, omnibus ęquus, ad iram tardus, ad miſericordiam pronus, in aduerſis firmus, in proſperis cautus, & humilis. Senec. de formul. vitæ.

Conſiliũ pũblicũ diuerſis perſonis, ijſq. diuerſę cõditionis conſtare debet, vt ſit tutius. Cum. c. 47. in fin.

Cle-

Clementiæ esto cultor, sæuitiæ detestator. Sen. de formul. vitę.

Prudentum consiliariorum est irritatum Principis animum lenire, non accendere, & detrectatorum, ac delatorum fraudibus obuiam ire. Tacit. lib. 13. Ann.

Ad bene commorandum in aliqua Ciuitate requirũtur duo .s habere se bene ad Principẽ, idest, cum fidelitate, reuerentia, & famulatu; ad socios autem, reddendo cuilibet debita, & nulli nocendo.

Magistratus perpetui non solent esse tam sinceri, quã si ad tempus duntaxat eligantur, & vices parendi, ac imperandi inter ciues esse longe tolerabilius est. Arist. lib. 6. Politic. c. 2 lib. 7. c. 14.

Consiliarium Reipub. idoneum oportet & ea nosse, quæ facto sunt opus, & quę cognoscit explicare posse: item patriam, seu Rempub. vnice amare, denique pecuniam quoq. contemnere. Thucyd. lib. 2.

Is Aulicus autem ambitiosus esse proculdubio est cẽsendus, qui prætextu regiæ dignitatis amplificandę omnia pro animi libitu ipse administrat, veteres Regni officiarios etiam probatos mutat, alios autem sibi fauentes in eorum locum constituit. Polyb. lib. 5.

Per ignotas, & viles personas sæpe commodius litteræ deferuntur. Cumin. 73.

E priuata domo bene constituta potest fieri iudicium de prudentia, & industria patrisfamilias, vt ad publica gubernacula admittatur. Herod. lib. 5.

Ad vrbem prius incendio consumptam cito reædificandã debet Resp. ædificantibus materiam gratis, vel minimo pretio concedere, eosdemq. priuile

gijs, & prerogatiuis donare, vel in perpetuum, vel ad tempus. T.Liu.lib.6.

Aulicum prudentem, vbi animum principis erga se mutatum, & crescere qui sibi inuideant agnoscit, oportet discedendi ex aula honestam veniam mature petere, honoribus cedere, quam pati, vt ex ea eijciatur a principe. Tacit.lib.14. Annal.

Plures hostes simul non irritandi, præsertim in periculo imminenti, sed æquis conditionibus illi placādi, aut paciscendum cum æquiore. Cumin. 2. p. c. 25. 27. 28.

Concordia res paruæ crescunt, discordia maximæ dilabuntur, rerumq. bene gerendarum occasiones amittuntur. Cumin.c.26. Est denique discordia præcursor ruinæ. c.17.

Per feminas sæpe fiunt, communicanturq. absque suspicione tutius, quæ per viros expediri absque suspicione non possunt. Cumin. c. 51.85. Psal. 17. 2.p.c.47.

Remp. capessens illud munus maxime ambiat, & curet, ad quod magis aptus est, & idoneus. Plut.de ciuil.administ.

Remp. capessens cæteros omnes magistratus honoret, maxime verò collegas suos, & in eodem munere versantes consensu, & concordia foueat. ibidem.

Remp. capessens, ad ea quæ ipse per se præstare non potest, adsciscat lubenter peritiores, per quos adiuuetur. ibidem.

In consilijs capiendis rationum momenta, non verbosulorum eloquentia est attendenda. Agap.42.

Numquam præstantibus in Rep. gubernanda iuris laudata est in vna sententia perpetua permansio. Cic.

Cicer. epist. 1. Lentulo.
Tempori cedere (ideſt neceſſitati parere) ſemper ſapientis habitum eſt. Cic. ep. 4. Marcello.
Tẽporibus parere oẽs politici pręcipiũt. Cic. 12. Att.
Eſt non modo liberale, paululũ nonnumquã de ſuo iure decedere, ſed interdũ etiã fructuoſũ. Cic. 2. Off.
Orator triſtitiam, ac ſeueritatem mitigat, ac relaxat, odioſasq. res ſæpe, quas argumentis dilui non facile eſt, ioco, riſuq. diſſoluit. Cic. 2. de Orat.
Vnuſquiſq. cupidus eſt peruenire ad meliorem fortunam: ſapientis eſt etiam tolerare illud, quod à fortuna conceſſum eſt. Guic. lib. 2. hiſt.
Neq. prudentiæ, neque ſapientiæ eſt, timere res futuras, magis quam conuenit. Guic. lib. 3. hiſt.
Proprium eſt hominibus ſua voluntate, & ſpe reddere res faciles, quas rationabiliter difficiliores eſſe exiſtimant. Guic. lib. 4.
Facilius eſt opprimere aliquem iam labentem, quam cum adhuc perſeuerat in ſuo culmine. idem.
Nullus ità faciliter decipit alios, quam qui ſolitus eſt non decipere. idem lib. 6.
Inexcuſabilis, neq. dignus miſericordia eſt ille, qui ſemel fuit deceptus, ſi denuo illi fidẽ habeat. idẽ l. xj.
Nulla res magis effugit, quam occaſio, & nulla magis periculis plena, quam iudicare de alienis artibus, & nulla eſt magis damnoſa, quam immoderata ſuſpicio. idem lib. 11.
Communiter homines, & ſine vlla comparatione, magis ad vtilitatem, & vſum proprium, quam ad publicam vtilitatem incumbunt. idem lib. 13.
Suspicio iam cæpta, reddit, vt omnes aliæ res accipiantur in malam partem. idem 14.

DE

DE PRVDENTIA

Circa Domeſticos. Cap. XIII.



O N metu, nec amore ſolis; ſed reuerentia, quæ ex utroq; conſtat familia eſt continenda.

Familiarium vllum ne vituperes, nec laudes, altero enim temet damnaris, altero te in multis decipi homines poſſunt exiſtimare.

Filios ama, & fratres, venerare parentes, domeſticos omnes dilige, vel exclude.


Pudorem in geſtu, & ſermone ſerua vbiq;, maxime autem inter domeſticos.

Quæ nolis ſciri, nec coram pueris, nec ſeruis, nec mulieribus dicito.

Caue ne filios, ac domeſticos nimia acerbitate reddas inutiles.

Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris; memento quoniam niſi per illos natus non fuiſſes. Sal.

Familiaritas nimium interdū periculoſa. Sal. 25. 27.



DE-

DE PRVDENTIA circa vxorem.

Cap. XIV.



VLIER ignobilis ſublimat ſe, ſi contrahat matrimonium cum nobili viro.

Domus, & diuitiæ dantur à parentibus; à Domino autem proprie vxor prudens. Sal. c. 19.

Mulierem bonam qui inuenit, bonum inuenit, & hauriet iucunditatem. Salom. c. 18.

Coniugum diſſenſio, totius domus eſt perturbatio. Auguſ. ſuper pſal. pſal. 33.

Mulieris inſolentia viro eſt opprobrium. Anſel. ſuper epiſ. ad Corint.

Coniux marito in ægritudinibus, & in ſiniſtra fortuna, ſuauiſſima res eſt. Stob.

Si mulier cognouerit ſibi caſtum, & fidum virum, ipſa etiam caſta, & fida erit. Ariſt. encom. lib.

Oportet virum ducere vxorem puellam, ut eam doceat bonos mores. Ariſt. ibidem Heſiod.

Vxoris cura diuitias antecedit; nam diuitem improba vxor infœlicē reddit, pauperem proba fœlicē.

Vxorem abſq; diuitijs mediocribus, ne ducas.

Vxori alienis prꝫſentibus ne blādiaris, nec ſuccēſeas.

Vxori nunquam mineris, ſed moneas.

Mu-

Mulier cum sola cogitat, aut nimis blanditur, mala cogitat semper, caue ergo.

Officijs, ac modestia potius deuincitur coniux, quam minis, aut verberibus.

Vxorem litigiosam ne ducas; omnes enim male ferme pereunt.

Vxorem ne verbera, adultera enim maiori pęna digna est.

Mulier aut odit, aut amat, nihil habet medium.

Mulier dum comitur, & ornatur annus est. Ter. Eu.

Vxorem è gente stulta, aut tabifica, aut comitiali morbo laborante, aut segni valde ne ducas; luctum enim perpetieris.

Nam graue malum vxor est, superans virum suum. Com. græc.

Nemo nouit ingenium mulieris, nisi qui duxit vxorem. Plut. in moral.

Principio controuersiæ, offensionesque magna cura coniugalibus cauenda sunt: Plut. de præcep.

Cum vxore ne contendas, neue ei multum rīdas. Demet. Phal.

Cum muliere præsentibus extraneis, nec iurgandum, nec blanditijs agendum. Cleob. apud. Dio lib. 1.

Vxorem tibi parem elige, nam si clariorem te duxeris, affines dominos habebis. ibidem.

Mulieri decus affert taciturnitas, sed non ita viro. Arist. 1. Polit. c. 8.

Puellam accipere oportere, vt gratis moribus eam imbuere possis: diuersitates enim morum nequaquam sunt ad dilectionem aptę. Arist. 1. œco. c. 4.

Seu caperis primis, & adhuc crescentibus annis,
Ante oculos veniet vera puella tuos. Ouid.

Nihil

Nihil melius esse posse hominibus, quam si concordi voluntati vir, & vxor domum gubernent. Arist. 2.œcon.c.3.

Virginẽ habeto, tuos vt discat sedula mores. Hesiod.



DE PRVDENTIA erga filios.

Cap. XV.



VERVS amor paternus est filios suos in doctrina Christiana informare.

In fide Catholica primo instituendi sunt pueri.

Ne des filio potestatẽ in iuuẽtute, & ne despicias cogitatus illius. Eccl. cap.30.

Filio, & mulieri, fratri, & amico ne des potestatem super te in vita tua, & non dederis alij possessionem tuam, ne forte pœniteat te, & depreceris pro illis. Eccl.33.


Melius est, vt filij te rogent, quàm te respicere in manus filiorum tuorum: ibidem.

Filij matris naturam, & institutionem maxima ex parte sequuntur.

Nouercam filijs ne superinducatis, superinductæ fidem

DE PRVDENTIA erga Diuitias.

Cap. XVI.



IVITIAE hominum in manu Dei ſunt. Gen.31.9.

Diues gerere ſe debet cum humilitate, ne diuitiæ eius cito dilabantur. Iacob.1.10.

Melius eſt parum cum iuſtitia, quam multi fructus, cum iniquitate. Sal.16.

Noli laborare, vt diteris, ſed prudentiæ tuæ pone modum. Sal.23.

Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia. Ecc.13.

Diuitiæ impiorum inutiles. Iob.20 15.

Diuitiæ ſi affluant noli cor apponere. Pſal 61.

Diuitiæ ſalutis ſapientia, & ſcientia: timor domini eſt theſaurus eius. Eſa. 33.

Diues non reprehenditur, quod terram coluerit, vel fructus in horrea congregauerit, ſed quod fiduciā vitæ in illis poſuerit, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in æternis tabernaculis. Beda ſuper Luc.12.

In diuitijs ſuis qui confidit, corruet. Salom.c.11.

Quid prodeſt diuiti, quod habet, ſi Deum qui omnia dedit non habet. idem 29.

Diues rogans non exauditur in tormentis, quia rogantem

gantem pauperem non exaudiuit in terris. idem.

Quid prodeſt arca bonis plena, ſi inanis ſit conſcientia:bona vis habere,& tu bonus eſſe non vis. Hier. de verb Dom.ſerm.12.

Diuitiæ non ſunt peccatum,ſed peccatum eſt eas non diſtribuere pauperibus.Chryſoſt.in homil.

Qui male diuitijs vtitur miſerabilis eſt.Greg.Nazia.

Diuitiæ ergo veræ non opes ſunt ſed virtutes, quas ſecum ſcientia portat,vt in perpetuum diues fiat. Bernard.Ser.

Vanitas vanitatum,& omnia vanitas. Matthæus homil.130.

Diues iſte enim erat,& diſcipulus, quia non pecuniæ amator,ſed ipſius diſtributor.Rab.ſuper Math.28.

In diuitijs cupiditas reprehenditur non facultas.Auguſt.lib.5.10.c.92.

Diuitiæ ſine virtute nocent diuitibus. idem lib.5.

In diuitijs nihil eſt ſic cauendum, quam ſuperbiæ morbus.idem lib.10.

Opes multorum inſtrumentorum,& commoditatum in re familiari, & ciuili ratione locum obtinent. Ariſt lib.1.de repub.c.15.

Opulentum,& locupletem eſſe in parte aliqua virtutis ponitur,ibidem.

In ijs potius,qui plus opibus valent,diſciplina,& nobilitas ſolet exiſtere.idem lib.4.c.8.

Diuitem eſſe, in vtendo magis, quam in poſſidendo conſiſtit. Ariſt.lib.1.rethor.ad Theod.c.5.

Non eſt nouum,neque inſolitum, locupletum limina vulgaribus amicitijs, & ſimulatis obſequijs frequentare.Petr. dial. 53.

Diuitiæ ſi ſparſæ fuerint decreſcẽt, ſeruare nõ te diui

tem,ſed occupatum,non dominum facient,ſed cuſtodem.Petrar.ibidem.

Diuitiæ vitiorum magis, quam virtutis miniſtræ ſunt,cum quod ad ignauiam feneſtram aperiant, tum quod adoleſcentes ad voluptates aduocent. Iſocrat.ad Demon.

Diuitiæ inflant animos,ſuperbiam,& arrogantiam pariunt,inuidiam trahunt,& eo vſq.mentem alienāt, vt fama pecuniæ nos etiam nociture delectet.Sen. epiſ.28.de paupert.

Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Senec. lib.de morib.

Non enim habere aurum præclarum mihi videtur, ſed his qui habent imperare.Cic.lib.de Senect.

Locuples eſt qui non multa poſſidet, ſed modica deſiderat.Valer.Max.lib.3.

Diuitiæ ſūt theſaurus malorum,calamitatis viaticū, improbitatis ſuppeditatio. Ant.Serm.de diuit.

Quis eſt inter homines diues? cui ſatis eſt quod habet.Stob.

Opes enim fortuna ad tempus commodato dat,beatitudo autem a noſtra voluntate procedit.Stob.ſer. de temp.

Philoſophus interrogatus,quomodo paraſſet ſibi diuitias?magnas inquit,haud difficulter,exiguas vero cum labore ac tarde.Plutar.in Libel.de ſenec.

Diuitias pernicioſas eſſe niſi adſit animus diuitijs ſuperior,qui poſſit earum vſum non ex copia, ſed ex neceſſitate moderari. Plutar.in Lac.

Diuitiæ nullam habent voluptatem niſi adſit virtus. Stob.ſem,1.de.pruden.

Numquam vir æquus diues euaſit cito.

Opes

Opes parantur hæreditate, Principum gratia, arte, inclyta, laboriosa mercatura.

In arte, & in mercatura quatuor sunt necessaria, scientia rei, astutia, parcitas, patientia.

Qui opes parare vult, non nisi ob certam vtilitatem itinera suscipiat.

Qui opes parare vult, sic partis consulat ne futuris obsint.

Paruæ diuitiæ longo tempore parantur, & magno labore, magnæ breui, & paruo labore.

Fortuna in omnibus auxiliatur, per se, etiam præstat aliqua, vt thesauros.

Fortunam sæuientem noli formidare, nec aduersum ire, tempus enim cogit industriæ fauere.

Noli conqueri de Patre, qui vos pauperem reliquerit, modo virtus, & industria non desint.

Non minor est virtus acquirere, quam parta tueri.

Nolite opes effundere, nec contemnere, sunt instrumenta omnium bonorum.

Si igitur his vtaris, opes cõgregabis, si contrarijs, relictas dissipabis.

Domum vnam, villas, & campos plures habeatis.

Emere ea oportet, quæ vel vsu non senescunt, vel furto surripi non possunt.

Mortuo cum nihil impendas, adimes tamen tibi.

Ex disciplinis solæ leges, & medicina, illę diuitibus, hæc pauperibus, inter mechanicas pictura, si excedat, sola ferme, mercaturæ vero adiunctæ artes eo prõptiores ad opes parandas, quo plures manus; vna est autem & mercaturæ pars ars quælibet, quę plurium hominum opera vtitur.

Parsimonia est magnum vectigal.

Procura, vt à quinquagesimo anno sufficiant redditus in vitam: pauperi enim senectus misera est.

Diuitias mari cōmittere, aut necessarias ducere, aut non necessarias.

Artem vnam tantum profitearis.

Nolite de secreto eo quod bene nouisti aliena sequi, aut profiteri.

Nolite ostentare pecunias, aut gemmas.

Nolite arcas, aut ostia, vbi pretiosa continentur, inexplorata relinquere.

Chirographas, & tabulas diligentissime custodite.

Mutuaris cum pignore, aut talibus, ac tantum, vt donasse non pigeat.

Scire vinci, & amittere non malum est aliquando.

Viri est acquirere, mulieris cōseruare. Arist. 2. Pol. c. 3.

Nihil putant homines turpe, quod cum diuitijs absq. carceris periculo est.

Ab amantibus, & in periculo constitutis rem non spem exige.

Aurū bis numerabitis, pō dere, & sono explorabitis.

Longa, ac diuturna institutio descendentium parat diuitias, nam si quis prudens annis 400. viueret, iuuenis ex priuato orbis Imperium adipisceretur, hoc igitur idem ex continua serie prudentium contingeret.

Opera, quę tuto sumpta sint, caue si magni pretij sint ne te absente faciat conductor.

Noli mirari, aut tristari, vt enim virtus virtutem, ita fortuna suas filias parit.

Diuitem nullum esse nisi sapientem.

Diuitiæ enim sunt ad necessarium vsum, opes ad magnificentiam Cic. de. Amic.

Diui-

Diuitias male poſſidenti nullum afferre ſplendorem.
Melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ.
Male parta, male dilabuntur, nec diu retinentur, nec facile. Cumin. c.46.
De male acquiſitis non gaudebit tertius hæres.
Diuitias ſine prudentia quemquam gubernare poſſe
Aurum pater & adulator doloris, & curæ fili.
Et habere te timor, & non te habere dolor eſt.
Palladas.
In pretio pretium nunc eſt dat cenſus honores.
Cenſus amicitias pauper vbiq. iacet. Ouid lib. 1. faſt.
Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum ſuſtinet orbis opes.
Hæc alij cupiant liceat mihi paupere cultu
Seruato cara coniuge poſſe frui. Tibul. lib. 3.
Non minor eſt virtus quam quęrere parta tueri.
Caſus ineſt illis, hic erit artis opus. Ouid.



DE PRVDENTIA circa Honores.

Cap. XVII.


ONORA patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã.

Honor eſt cuiuslibet virtutis præmium,& merces. S. Tho.2.2.q.129. art.4.

Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus:omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs.Salom.c.20.

Si verum iudicare volumus, ſolis bonis honor debetur. Ariſt.4.Ethic.c.3.

Eſt virtutis merces gloria,quæ eadem bonis uiris tribuitur.idem.

Filij honorem debent parentibus tripliciter, ſcilicet reuerentiam, vt ſuperioribus,obedientiam,vt inſtitutoribus, & ſubuentionē, vt nutrientibus.

Honor debetur in dignitate conſtitutis,ratione excellentiæ:timor autem ratione poteſtatis,obedientia vero,& tributum ratione gubernationis

Senes non à reipub. exercitatione vacare debent, honeſta eſt enim exercitatio.

Qualis ſit homo magiſtratus oſtendit.

Noli de rebus magnis, niſi ex officio iudicare.

Honorari,parua res eſt,promereri honorem autē mediocris.

Honores quidem immortales,voluptates mortales.

Glo-

Gloria tempore ſeneſcit,niſi nouis factis reſultat.
In certamen nō niſi muniti,& præmeditati,nolite deſcendere, nā ſic omnino deſcendiſſe exiſtimabunt.
Honorem vltro delatum libenter recipere, non oblatum non deſiderare.
In conuiuio, & alijs locis publicis ſublimiorem locum ne quæras.
Honores, & magiſtratus præbent Principum gratia, amici,diuitiæ,& bonum nomen.
Bonum nomen triplex, probitatis, ſcientiæ adminiſtrandi,& prudentiæ.
Honor eſt, in paruo loco plene dominari, maximus in metropoli famoſa: calamitoſum in paruo loco, cum præterea negligi peſſimum eſt, in nobili locū tuum non retinere.
Honorem tuum nemini dabis.
Honores magnos animos faciunt.
Honorem ſuum vnuſquiſque tenetur defendere.
Honor non auctoritati, ſed meritis tribuendus eſt.
Honor non ſolum alit artes, verum etiam virtutem. Dignum enim videtur, vt qui eſt ſcientia præditus, reddatur honore reuerendus. Caſſiod.lib.4. epiſt.
Rectum eſt, vt eum neceſſe ſit plus debere, qui viſus eſt maiora ſuſcipere. ibidem.
Honor,& gloria ſuapte natura grata,iucundaq. ſunt, & ad vtilitatem quoque maxime valent. Ariſt. lib. 1.Rhet. c.6.
Honor maior eſt in honorante, quam in honorato. Ariſt.lib.1.Ethic.
Honor eſt maximum exteriorum bonorum, prauus honore non eſt dignus. idem 4.Ethic.
Alexandro,& Iulio in bellis gerendis, vnum fuiſſe finem

dem aduerſus filios ne habeatis.

Filium ſpurium veſtrum ne dubium ſit, vt legitimum educetis, ſanguis enim veſter eſt.

Filios pędagogis erudiendos, non alendos tradite.

Filijs nomina pulchra, artem vtilem, mores bonos, Arithmeticam, Coſmographiam, hiſtoriam, Muſicam, ſcriptionem tribuite.

Pueri non ſecus, ac materia rudis, pretioſiores ſunt longe hominibus, quia deterius eſt ſaleti perire ramos, quam truncum.

Iuuenis illuſtribus parentibus progenitus, & male inſtitutus, maxime Reipublicæ eſt exitio.

Caſtigatio parentum in filios maximos fructus affert. Eccl.c.30.1.

Studiorum radix amara, ſed fructus iucundus.

Semper cum bonis conuerſandum.

Immoderata recreatio vitioſa.

Iuuentutis labores ſunt ſenij releuamina.

Qui magna pręſtare cupit, ſtatim à teneris annis virtuti, rectęq; educationi aſſueſcat. Cumin.c.18.

In his, qui viri magni futuri ſunt, ac euaſuri, apparent ab ipſa ſtatim infantia, plurima ipſorum indolis eximia ſigna. Xenoph.li.1. ſic in Cyro Puero.

Filij, neque nimia ſeueritate contineantur, neq; delicijs aſſueſcant. Plato lib.7. de legib.

Filium potius conſuefac ſua ſponte recte facere, quam alieno metu.

Educatio bona, vitia abolet.

Bona educatio parit virtutem.

Nullus enim ſponte malus, ſed ex improbo corporis habitu, & ineruditis educationibus malus efficitur. Galenus quod animi mores. c.6.

Pue-

Puerilis institutio est maximi momenti, ad vniuersam vitam recte instituendã. Plat. lib. 2. de Repub.

Adolescentes ad cibi continentiam, sobrietatem, & militares labores ab ineunte ętate sunt exercendi, vt strenui euadãt. Xenoph. sic Persę suos adolescentes instituerunt.

Pueri sunt à prima statim infantia assuefaciendi, vt verum dicant, mendacia fugiant. Herod. hist. li. 1.

Adolescentiæ recta institutio est publicorum negociorum omnium maxime seriũ. Plat. lib. 6. de leg.

Iuuenilis ætas eget maxime freno, ac honestis laboribus (qui sint eorũ ingenij ad maiora capessenda experimentum) vt probetur, & exerceatur. Xeno. de Repub. Laced.

Iuuenes cum summa modestia publice, priuatimque incedant. Xenoph. de Repub. Laced.

Confert pueris statim a pueritia frigori assuescere: hoc enim ad sanitatem, & ad res bellicas vtile est, motus etiam quosdam suscipere debent, quo pigritiam corporis euitent, caueant ab auditu obscenitatis verborum etiam, nam ex turpiter loquendi licentia, sequitur & turpiter facere. Arist. 7. Polit. c. 17.


Ante lucem surgere, quod & ad sanitatem, & curam rei familiaris, & ad studium Philosophiæ prodest quam plurimum. Arist. 1. œcon. c. 6.

A natura educatio est a matre, eruditio vero a patre. Arist. 1. œcon. c. 2.

Magistratus est etiam summi prospicere, & operam dare, vt pueri, & iuuenes honeste, & sancte a prima adeo ætate, & infantia instituantur. Plato. lib. 4. de Repub.

DE PRVDENTIA erga Diuitias.

Cap. XVI.



IVITIAE hominum in manu Dei sunt. Gen.31.9.

Diues gerere se debet cum humilitate, ne diuitiæ eius cito dilabantur. Iacob.1.10.

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus, cum iniquitate. Sal.16.

Noli laborare, vt diteris, sed prudentiæ tuæ pone modum. Sal.23.

Bona est substantia, cui non est peccatum in conscientia. Ecc.13.

Diuitiæ impiorum inutiles. Iob.20 15.

Diuitiæ si affluant noli cor apponere. Psal 61.

Diuitiæ salutis sapientia, & scientia: timor domini est thesaurus eius. Esa. 33.

Diues non reprehenditur, quod terram coluerit, vel fructus in horrea congregauerit, sed quod fiduciã vitæ in illis posuerit, nec pauperibus erogauerit, vt ab eis reciperetur in æternis tabernaculis. Beda super Luc.12.

In diuitijs suis qui confidit, corruet. Salom.c.11.

Quid prodest diuiti, quod habet, si Deum qui omnia dedit non habet. idem 29.

Diues rogans non exauditur in tormentis, quia rogantem

gantem pauperem non exaudiuit in terris. idem.

Quid prodest arca bonis plena, si inanis sit conscientia:bona vis habere,& tu bonus esse non vis. Hier. de verb Dom.serm.12.

Diuitiæ non sunt peccatum,sed peccatum est eas non distribuere pauperibus.Chrysost.in homil.

Qui male diuitijs vtitur miserabilis est.Greg.Nazia.

Diuitiæ ergo veræ non opes sunt sed virtutes, quas secum scientia portat,vt in perpetuum diues fiat. Bernard.Ser.

Vanitas vanitatum,& omnia vanitas. Matthæus homil.130.

Diues iste enim erat,& discipulus, quia non pecuniæ amator,sed ipsius distributor.Rab.super Math.28.

In diuitijs cupiditas reprehenditur non facultas.August.lib.5.10.c.92.

Diuitiæ sine virtute nocent diuitibus. idem lib.5.

In diuitijs nihil est sic cauendum, quam superbiæ morbus.idem lib.10.

Opes multorum instrumentorum,& commoditatum in re familiari, & ciuili ratione locum obtinent. Arist lib.1.de repub.c.15.

Opulentum,& locupletem esse in parte aliqua virtutis ponitur,ibidem.

In ijs potius,qui plus opibus valent,disciplina,& nobilitas solet existere.idem lib.4.c.8.

Diuitem esse, in vtendo magis, quam in possidendo consistit. Arist.lib.1.rethor.ad Theod.c.5.

Non est nouum,neque insolitum, locupletum limina vulgaribus amicitijs, & simulatis obsequijs frequentare.Petr. dial. 53.

Diuitiæ si sparsæ fuerint decrescēt, seruare nō te diui

tem,ſed occupatum,non dominum facient,ſed cuſtodem.Petrar.ibidem.

Diuitiæ vitiorum magis, quam virtutis miniſtræ ſunt,cum quod ad ignauiam feneſtram aperiant, tum quod adoleſcentes ad voluptates aduocent. Iſocrat.ad Demon.

Diuitiæ inflant animos,ſuperbiam,& arrogantiam pariunt,inuidiam trahunt,& eo vſq.mentem alienāt, vt fama pecuniæ nos etiam nocituræ delectet.Sen. epiſ.28.de paupert.

Quæ ſunt maximæ diuitiæ? non deſiderare diuitias. Senec. lib.de morib.

Non enim habere aurum præclarum mihi videtur, ſed his qui habent imperare.Cic.lib.de Senect.

Locuples eſt qui non multa poſſidet, ſed modica deſiderat.Valer.Max.lib.3.

Diuitiæ ſūt theſaurus malorum,calamitatis viaticū, improbitatis ſuppeditatio. Ant.Serm.de diuit.

Quis eſt inter homines diues? cui ſatis eſt quod habet.Stob.

Opes enim fortuna ad tempus commodato dat,beatitudo autem a noſtra voluntate procedit.Stob.ſer. de temp.

Philoſophus interrogatus,quomodo paraſſet ſibi diuitias?magnas inquit,haud difficulter,exiguas vero cum labore ac tarde.Plutar.in Libel.de ſenec.

Diuitias pernicioſas eſſe niſi adſit animus diuitijs ſuperior,qui poſſit earum vſum non ex copia, ſed ex neceſſitate moderari. Plutar.in Lac.

Diuitiæ nullam habent voluptatem niſi adſit virtus. Stob.ſem,1.de.pruden.

Numquam vir æquus diues euaſit cito.

Opes

Opes parantur hæreditate, Principum gratia, arte, inclyta, laboriosa mercatura.

In arte, & in mercatura quatuor sunt necessaria, scientia rei, astutia, parcitas, patientia.

Qui opes parare vult, non nisi ob certam vtilitatem, itinera suscipiat.

Qui opes parare vult, sic partis consulat ne futuris obsint.

Paruæ diuitiæ longo tempore parantur, & magno labore, magnæ breui, & paruo labore.

Fortuna in omnibus auxiliatur, per se, etiam præstat aliqua, vt thesauros.

Fortunam sæuientem noli formidare, nec aduersum ire, tempus enim cogit industriæ fauere.

Noli conqueri de Patre, qui vos pauperem reliquerit, modo virtus, & industria non desint.

Non minor est virtus acquirere, quam parta tueri.

Nolite opes effundere, nec contemnere, sunt instrumenta omnium bonorum.

Si igitur his vtaris, opes cõgregabis, si contrarijs, relictas dissipabis.

Domum vnam, villas, & campos plures habeatis.

Emere ea oportet, quæ vel vsu non senescunt, vel furto surripi non possunt.

Mortuo cum nihil impendas, adimes tamen tibi.

Ex disciplinis solæ leges, & medicina, illę diuitibus, hæc pauperibus, inter mechanicas pictura, si excedat, sola ferme, mercaturæ vero adiunctæ artes eo prõptiores ad opes parandas, quo plures manus; vna est autem & mercaturæ pars ars quælibet, quę plurium hominum opera vtitur.

Parsimonia est magnum vectigal.

Procura, vt à quinquagesimo anno sufficiant redditus in vitam: pauperi enim senectus misera est.

Diuitias mari cōmittere, aut necessarias ducere, aut non necessarias.

Artem vnam tantum profitearis.

Nolite de secreto eo quod bene nouisti aliena sequi, aut profiteri.

Nolite ostentare pecunias, aut gemmas.

Nolite arcas, aut ostia, vbi pretiosa continentur, inexplorata relinquere.

Chirographas, & tabulas diligentissime custodite.

Mutuaris cum pignore, aut talibus, ac tantum, vt donasse non pigeat.

Scire vinci, & amittere non malum est aliquando.

Viri est acquirere, mulieris cōseruare. Aris. 2. Pol. c. 3.

Nihil putant homines turpe, quod cum diuitijs absq. carceris periculo est.

Ab amantibus, & in periculo constitutis rem non spem exige.

Aurū bis numerabitis, pōdere, & sono explorabitis.

Longa, ac diuturna institutio descendentium parat diuitias, nam si quis prudens annis 400. viueret, iuuenis ex priuato orbis Imperium adipiscere- tur, hoc igitur idem ex continua serie prudentium contingeret.

Opera, quę tuto sumpta sint, caue si magni pretij sint ne te absente faciat conductor.


Noli mirari, aut tristari, vt enim virtus virtutem, ita fortuna suas filias parit.

Diuitem nullum esse nisi sapientem.

Diuitiæ enim sunt ad necessarium vsum, opes ad magnificentiam Cic. de. Amic.

Diui-

Diuitias male possidenti nullum afferre splendorem.
Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ.
Male parta, male dilabuntur, nec diu retinentur, nec facile. Cumin. c.46.
De male acquisitis non gaudebit tertius hæres.
Diuitias sine prudentia quemquam gubernare posse
Aurum pater & adulator doloris, & curæ fili.
Et habere te timor, & non te habere dolor est.
Palladas.
In pretio pretium nunc est dat census honores.
Census amicitias pauper vbiq. iacet. Ouid lib. 1. fast.
Nec me regna iuuant, nec Lydius aurifer amnis,
Nec quas terrarum sustinet orbis opes.
Hæc alij cupiant liceat mihi paupere cultu
Seruato cara coniuge posse frui. Tibul. lib. 3.
Non minor est virtus quam quęrere parta tueri.
Casus inest illis, hic erit artis opus. Ouid.



DE PRVDENTIA circa Honores.

Cap. XVII.



ONORA patrem tuum, & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã.

Honor eſt cuiuslibet virtutis præmium,& merces. S. Tho.2.2.q.129. art.4.

Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus:omnes autem ſtulti miſcentur contumelijs.Salom.c.20.

Si verum iudicare volumus, ſolis bonis honor debetur. Ariſt.4.Ethic.c.3.

Eſt virtutis merces gloria,quæ eadem bonis uiris tribuitur.idem.

Filij honorem debent parentibus tripliciter, ſcilicet reuerentiam, vt ſuperioribus,obedientiam,vt inſtitutoribus, & ſubuentionẽ, vt nutrientibus.

Honor debetur in dignitate conſtitutis,ratione excellentiæ:timor autem ratione poteſtatis,obedientia vero,& tributum ratione gubernationis

Senes non à reipub. exercitatione vacare debent, honeſta eſt enim exercitatio.

Qualis ſit homo magiſtratus oſtendit.

Noli de rebus magnis, niſi ex officio iudicare.

Honorari,parua res eſt,promereri honorem autẽ mediocris.

Honores quidem immortales,voluptates mortales.

Glo-

Gloria tempore ſeneſcit,niſi nouis factis reſultat.
In certamen nō niſi muniti,& præmeditati,nolite deſcendere, nā ſic omnino deſcendiſſe exiſtimabunt.
Honorem vltro delatum libenter recipere, non oblatum non deſiderare.
In conuiuio, & alijs locis publicis ſublimiorem locum ne quæras.
Honores, & magiſtratus præbent Principum gratia, amici,diuitiæ,& bonum nomen.
Bonum nomen triplex, probitatis, ſcientiæ adminiſtrandi,& prudentiæ.
Honor eſt, in paruo loco plene dominari, maximus in metropoli famoſa: calamitoſum in paruo loco, cum præterea negligi peſſimum eſt, in nobili locū tuum non retinere.
Honorem tuum nemini dabis.
Honores magnos animos faciunt.
Honorem ſuum vnuſquiſque tenetur defendere.
Honor non auctoritati, ſed meritis tribuendus eſt.
Honor non ſolum alit artes, verum etiam virtutem.
Dignum enim videtur, vt qui eſt ſcientia præditus, reddatur honore reuerendus. Caſſiod.lib.4. epiſt.
Rectum eſt, vt eum neceſſe ſit plus debere, qui viſus eſt maiora ſuſcipere. ibidem.
Honor, & gloria ſuapte natura grata,iucundaq. ſunt, & ad vtilitatem quoque maxime valent. Ariſt. lib. 1.Rhet. c.6.
Honor maior eſt in honorante, quam in honorato. Ariſt.lib.1.Ethic.
Honor eſt maximum exteriorum bonorum, prauus honore non eſt dignus. idem 4.Ethic.
Alexandro,& Iulio in bellis gerendis, vnum fuiſſe finem

nem,& honorem,& gloriam.

Christianis autem principibus duos esse propositos; honorem,& animi salutem. Chytradus de Carolo V. Imperatore.

Viri qui boni sunt, & qui honorem magni faciunt, iniuriam illatam permoleste patiuntur. Arist. 5. Polit.cap.11.



DE PRVDENTIA erga negocia. Cap. XVIII.


EI ex consilio gestæ lętus plerumque est exitus. Herod.lib.7.

In rebus humanis agendi opportunitas,& celeritas valet plurimum. Plat. lib.4.de leg.

Qui in arduis versantur negotijs, periculi meminisse debent. Herod.lib.7.

Fœlix rerum inceptarum initium multos socios nobis conciliat. Herod.lib.5.

In bene agere foelicitas nostra consistit.

Oportet autem erga statum Reipub. quantum fieri potest, omnes reddere beneuolos, quod si id fieri nequeat, saltem conari, ne hostes existiment eos, qui gubernant. Arist.lib.6.Polit.c 5.

Omnis autem domus regitur a seniore. Arist. 1. Polit.cap.1.

Sed

Sed magis laudare, nihil agere, quam agere non eſt rectum, nam foelicitas actio eſt. Ariſt. 7. Poli. c. 3.

Magna coepta, magno exactoque conſilio ſuſcipienda. Cumin. c. 100. 124.

In magnis coeptis exequendis non tantum audacia, ſed etiam conſtantia, virtute, & quidem extraordinaria opus eſt. Cumin. c. 102. & in 2. part. c. 8.

Circa labores, ac pericula fortitudine opus eſt, ac patientia. Plut. de fort.

Onus non eſt appellandum, quod cum lætitia feras, ac voluptate. Cic. in Verr.

Omnis virtus in actione conſiſtit. Cic. 2. offic.

In negocijs gerendis plus res, quam verba proſunt. ibidem.

Duobus magnis negocijs in eodem genere ne operam dederitis.

Artem vnam antequam perfecte exequamini, aliam ne aggrediamini.

In nouo negocio diem, in tractatu temporis modicum, antequam reſpondeatis.

In paruis rebus potius decipi expedit, quam decipere, in magnis ſecus.

Diligentiam negocijs adhibete, legere enim, & non intelligere, negligere eſt.

Occaſiones quæ ſponte ſe offerunt, aut diu quæſitæ ſunt, non omittendæ. Cumin. 2. part. c. 47. Franc. Guic. lib. 4. hiſt.

Facta maſculina, verba foeminina, & plurale neutri ſunt generis.

Nolite occaſionem prætermittere.

Semper nocuit differre paratis.

Fronte capillata, poſt eſt occaſio calua.

Quæ

Quæ facturus es nemini dixeris, ne impediaris, vel irridearis.

Qui errant multa perperam agunt; qui cunctantur nihil bene agunt, melius igitur est errare.

Plus tamen ergo corrigenda agat beneuolentia, quã seueritas, plus cohortatio, quam commotio, plus charitas, quam potestas: Sed hi, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur, & dum magis dominari, quam consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. S. Leo Papa ep. 88. ad Anast. Episc. Thes. Concil. Triden. sess. 13. c. 1. de Prælat. correct.

Aliter tractandam esse necessitatis rationem, & aliter voluntatis. S. Felix Papa in sua decret. Ioan. Papa VIII. epist. 199. ad Basilium Constan. Imperat.

Quando necessitas patitur potest facere cõtra leges. S. Thom. 1. 2. quęst. 96. art. 6.

Consilia infelicia sunt quæ capiuntur, tunc cum eorum tempus effugit. Tacit. lib. 1. hist. Franc. Guic. lib. 4. hist.

Deteriorem successorem gloria parit. Tacit.

In rebus dubijs ac periculis imminentibus eæ conditiones accipiendæ, quæ aliquid spei certæ relinquunt. Cumin. cap. 44. 47.

Qui ponunt pecunias suas in sanguine de sero rident, de mane lugent.

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ consuetudo est, quædam tolerare, quædam etiã dissimulare, discretionis temperantiã potius, quam rigorem canonum sequens. S. Gregorius lib. 1. epist. 17. & lib. 9. epist. 5.

Et cognoui quod non esset melius, nisi lætari, & facere

re bene in vita sua. Salom. 13.

Natura enim non fit vt pars superet totum. Arist. 5. Polit. cap. 12.


In negocijs agendis melius præuenire, quam præueniri.

In negocijs agendis nulla res est magis plena periculis, quam petere consilium. Guic. lib. 1. hist.

Ille, qui dat consilium, nisi est admodum fidelis, atque studiosus petenti, non solum ex paruo interesse, sed ex suo minimo commodo sæpe non secundum rectitudinem, sed secundum voluntatem suam suúq; proprium interesse consulit. Guic. ibidem.

Qui rectè faciet, non qui dominatur, erit Rex. Homer.


Vsus omnia mollit, & tempus inuidiam domat.



DE PRVDENTIA

erga Parentes, Fratres, & affines.

Cap. XIX.



TRIA sunt, quæ valde Deo placent; concordia fratrum, & amor proximorum, & vir, & mulier bene sibi consentientes. Eccl. 25.

Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est Domino. Coloss. 3. 5.

Qui timet Dominum honorat parentes, & quasi dominis

minis seruit, his qui se genuerunt. Eccl. 3.

Parentes charissimos habere debemus.

Parentem æquum amate, non æquum aut ferte, aut discedite.


Nec parentes, nec amici negligendi, etiam si ad amplissimam dignitatem perueneris.

Affines pauperes ne despicite: sanguine enim coniuncti sunt, ac fama.

Sitote inter vos amici optimi: coram autem alijs discedite.

Non solum nobis nati sumus ortusq. nostri partem patria vendicat, partem amici, & posteri.

Legum, & iuris cuiq. præscribendi initium fuit, tum filiorum in parentes, tum beneficiatorum in bene factores manifesta ingratitudo ab omnibus hominibus communi voce damnata. Polyb. lib. 6.



DE PRVDENTIA erga Amicos. Cap. XX.



AMICVS qui est omni tempore diligit, & frater in angustijs comprobatur. Salom. c. 17. 17.

Amicum antiquum non relinquas; nouus enim non erit similis illi. Eccl. c. 19.

Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos; & lingua gratiosa in bono

no homine abundat. Eccl.c.6.5.

Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici. Salom.27.

Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri, & argenti contra bonitatem fidei illius. idem.

Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quam frater. Salom.c.18.

Amicus fidelis medicamentum vitæ est, & mortalitatis. Eccl.c.6.

Amici non debent prodere amicis aliorum peccata. August. lib.2.

Amicis non est optanda longa vita; sed quod illis sit vtile. idem lib.9.

Amicis veris debent consilia manifestari, & cordis arcana, idem lib.2.

Amatur plus amicus amici, quam corpus. idem lib.9

Amicum tu amas, si oderis quod nocet amico. idem lib.10.

Amicos plurimos diuitiæ addũt; à paupere & hi quos habuit separantur. Salom.19.

Occasiones quærit, qui vult recedere ab amico. Salom.18.

Noli amicus esse homini iracundo, neq; ambules cũ viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandulum. Salom.22.

Noli fieri pro amico inimicus proximo. Eccl.c.6.

Amici enim veri est dare potius beneficium, quam accipere; virtutisque proprium est benefacere, & pulchrius amicis benefacere, quam alienis. Idem.

Nullum hominem tam charum nobis esse debere, vt in illius gratiam veritas vllo supprimatur modo.

Quis

Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Salom. c. 17.

Melius est ergo duos esse simul, quam vnum: habent enim emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit ab altero fulcietur, væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuamentum. Salom. 30. Eccl. 4.

Viros egregios per familiaritatem sibi coniungere, plebem vero ac multitudinem per fauorem, & gratiá in obsequio retinere. Arist. 5. Polit. c. 11. in fin.

Amici tui non obliuiscaris in animo tuo, & non immemor sis illius in operibus tuis. Eccl. 37.

Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animum suum. Ecc. 27.

Amico tuo ne dicas vade, & reuertere, cras tibi dabo, cum statim possis dare. Salom. c. 32.

Noli prohibere benefacere eum qui potest; si vales, & ipse benefac. ibidem.

Amico tuo ne moliaris malum, cum ille in te habeat fiduciam. ibidem.

Amicũ suum qui despicit, indigẽs corde est. idẽ c. 11.

Amicitia, & gratia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias. idem 25.

Vnguento, & varijs odoribus delectatur cor, & bonis consilijs amici anima dulcoratur. idem. 25.

Amicus fidelis protectio fortis, qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Eccl. 6.

Multi colunt personam potentis, & amici sunt bona tribuentis. Salom. 19.

Diuitiæ addunt amicos plurimos. ibidem.

Illum enim in amicitiã recipere debemus, cui omnia nostra consilia refundere audeamus. Augus. lib. 12 quęst. 5.

Sola-

Solatium huius vitæ vt habeas, cui pectus tuum aperias, cui arcana communices, cui secreta tui pectoris committas, colloces tibi fidelem uirum; qui in prosperis gratuletur tibi, in tristibus compatiatur, in persecutionibus adhortetur. Ambros. de offic. lib. 3.

Secundum, amicum quempiam fidum habere cui cõmunicent tuto, & liberè sua consilia, & quæ salutaria sunt audiant. Cumin. c. 90.

Amicitia est virtus non quæstus, quia non pecunia paratur, sed gratia, sed concertatione beneuolentiæ. Meliores amicitiæ sunt inopum plerumq. quã diuitum, & frequenter diuites sine amicis sunt quibus abundant pauperes. ibidem.

Defer amico, vt æquali, nec te pudeat, si pręuenias amicum in officio: Amicitia enim superbiam generat: nam sicut amoris est deferre, ita qui odit quęstiones mouet; & qui amat differt reuerentiam; ibidem.

Amicitia rerum omnium est vinculum. Ambros. de fid. rer. iniuſ.

Non sunt fideles in amicitia, quos munus non gratia copulat, nam cito deserunt nisi semper acceperint, dilectio enim, quæ munere glutinatur eodem suspenso dissoluitur. Isid. lib. 3. de sum. bon.

Amicitia, & prosperitas res dulciores facit, & aduersas communione temperat, & leuiores reddit, quia dum in tribulatione amici consolatio adiungitur, nec animus frangitur, & minus eadem patitur. ibidem.

Sępe propter honorem quorundam mutantur & mores, & quos ante conglutinatos charitate habuerunt

runt poſtquam culmen honoris veniunt, amicos habere deſpiciunt. Iſid. de ſum. bono.

Nouæ dignitates veteres ſolent amicitias immutare, creat .n. cor nouũ & nouos affectus nouæ dignitatis conſcientia. Diuites facti paupertatis amicos cum paupertate faſtidiunt, nequid penes eos de veteri videatur inopia reſediſſe, ſemper enim apud indignos mores creſcit cum poteſtate ſuper aliũ. ibidem.

Qui vere amicus eſt, omni tempore diligit; nam eum tormentum non ſeparat, labor nõ laxat, theſaurus non ſuperat, alienus amor nõ occupat. Caſſ. in epiſ.

Amicitia tanto certior eſt, quanto vetuſtior, quia facile mutari non poteſt, quod per longa ſecula cuſtoditur. ibidem.

Iuſtum eſt enim, vt qui amicus erat in proſperis, amicitiam profiteatur in aduerſis. ibidem.

Sine amicis omnis cogitatio eſſet tædium, omnis operatio labor, omnis terra peregrinatio, omnis vita tormentum, ſine quorum ſolatio viuere eſſet mori. ibidem.

Vera amicitia tantum inter bonos oritur, inter bonos profuit, inter optimos consũmatur. Caſſ. ſuper pſal.

De Amicitia omnis tolenda eſt ſuſpicio, & ſic cum amico, quaſi cũ altero eſt loquendũ. Hier. in epiſt.

Vt ignis aurum, tempus ita amicum probat. ex Comic. Græc.

Gratificari, & opitulari amicis, vel peregrinis, vel ſodali, iucundiſſimum eſt. Ariſt. lib. 2. mag. moral. capit. 5.

Ciuitatibus nihil maius, aut melius amicita dari poteſt

test idem lib. 2. de rep. c. 2.

Amicorum præsentia suauis est, & in prosperis rebus, & aduersis: mœrores enim & luctus facit amicitia communicãs, patiensq; leuiores. idem 9. Ethi. c. 11.

Amici aspectus suauis est ei præsertim qui in miserijs luctuq. versatur in eoq. ad depellendũ dolorẽ præsidium quoddam est paratũ, & constitutũ. ibidẽ.

Amicitia ad vsum vitę est maxime necessaria. idem 8. Ethic. cap. 8.

Pulchrum est bene facere, non vt gratiam exigas, beneficijs autem affici vtile, & fructuosum. Referenda est gratia quidẽ, si modo possis, idq. vltro. ibid.

Non exercitus, neq. thesauri præsidia regni sunt, verum amici, quos neq. armis cogere, neq. auro parare queas, officio, & fide parantur. Salust. in Iugur.

Numquid amici noui anteponendi sunt veteribus, hæc indigna homine dubitatio. vetustissima quæq. debent esse suauissima in amicitia. Senec. epist. 79.

Omnes amicos habere operosum est, satis est inimicos non habere. ibidem.

Amicos in secreto mone, palam autem lauda, vires tuas amicis magis sentiant beneficijs, quam iniuriis. idem de mor.

Amicum ita habeas, vt inimicum putes, ita crede amico, ne sit inimico locus. Senec. in prouer. philo.

Amico mutuam roganti me pecuniam si dedero, & amicum, & pecuniam perdo. ibidem.

Amicos probabis ex calamitate in vita, & communicatione periculorum; aurũ enim igne probamus, amicos in aduersa fortuna cognoscimus. Vera amicitia tria requirit maxime, virtutem tamquam honestam, & familiaritatem, vt iucundam, & vsum

tamquam necessarium. Max. in serm. de amicit.

Excepta sapientia nihil melius datum est homini à Dijs immortalibus amicitia. Quid enim dulcius, quam habere cum quo audeas sic loqui, vt tecum? Quis esset tantus fructus in prosperis rebus nisi haberes amicum, qui tecum ipse gauderet? Aduersa etiam ferre difficile esset, sine eo, qui illa grauius etiam, quam tu ferret.

Democritus dicebat, amicum probum gaudijs quidem vocatum adesse decet, aduersis autem casibus sua sponte. Max. sermon. de amicit.

Creso interrogato, quid esset maximum, & pretiosissimum ex regno consecutus, cum ille respondisset, vt hostes vlcisceretur, & amicos beneficio afficeret: Multo inquit melius fecisses, si illos tibi amicos asciuisses. Max. serm. 6.

Amicitiæ, quæ non placēt dissuendæ magis, quam discindendæ sunt. Cic. in Cat.

Regi nihil prius, aut carius esse debere probis, ac fidis amicis. Plut. in apoph.

Amicus obsecundat quousq. patitur æquum, & honestum. Nec enim amicus ab amico quod iniustum est petere debet. Adulator autem ad quiduis obsequitur. ibidem.

Eatenus benefaciēdum esse amcis, quatenus iustitia, æquitas, & in Deum pietas permittit, vt dicitur, vsque ad aras. Gell. lib. 1. c. 13. Brus. lib. 1. c. 3.

Aristoteles rogatus, quo pacto amici tractādi essent; non aliter inquit, quam nos ab illis tractari cuperemus. Brus. lib. 1. c, 3. Laert. lib. 5. c. 1.

Aristoteles frequenter habebat in ore multos esse amicos nomine; paucissimos aut nullos re. Laert.

libro

libro 5.capit.1.

Non oportet amicorum ob intermissionem vitę consuetudinem obliuisci, sed memoriam illorum semper nobiscum circumferre. Plin.lib.10.c.23.

Amicitia quo vetustior eo melior. Max.ser.6.

Quemadmodum ægrotantes in magno dolore, vbi viderint medicum, non amplius dolent; ita cum quis tristitia laborat, minus habet mœroris præsentem intuitus amicum. Stob.serm.111.

Amicus bonus est non qui genere clarus, sed qui moribus egregijs fuerit. Stob.serm.84.

Amici vbicumq; versati fuerint, gratiam, & suauitatem spirant, & emittunt. Max.monach.serm.6.

Neminem esse tam diuitem, aut potentem, qui opus non habeat amicorum officijs.

Vt oculus parua festuca turbatur, sic Principum gratia, si offensiūculā, vel minimā cadit, interdum etiā nullo crimine perditur, tantum apud Principes subdola lingua potest. Pij Pontif. lib. epist. epist. 166.

Amicitia vera facit desiderium videndi amicum, & mutuis colloquijs gaudere, & in ea facit consolationem contra omnes anxietates inuenire, vnde in tristitijs maxime ad amicos consolationis causa confugimus.

Propter amicum homo debet pati corporalia, non autem spiritualia.

Amici fidelis tria sunt experimenta, scilicet nouitas, prosperitas, & aduersitas.

Amicitiam inituri laudes illorum, his qui eis renunciaturi sunt enarrabitis.

Vicinos amicos, & probos quantum licet habeatis;

 plu-

plurimum enim ad famam, & commoda vtile est.
Sociorum bonorum est, socijs laborantibus, etiam antequam vocentur, succurrere. Tit. Liu. lib. 3.
In electione amicorum hoc primum specta, quod cum alijs gratus fueris.
Amicitiam vbi necesse sit deserite, ac dissuite, non lacerate.
Amicus verus est tamquam alter idem.
Vultu amico promittere spem. Sal.
Inhumanum est soluta amicitia, secreta amicitiæ tempore cognita propalare.
Concordia si cum alijs pulchra, & vtilis; quanto maior inter vos esse debet?
Concordia non solum uires, sed prudentia auget.
Concordia nutrit amorem.
Ne deseratis amicos vestros ob affines, aut blãdiẽtes.
Similia similibus conseruantur.
Nolite inter duos vobis amicos iudicare.
Amicos solos monete, & secrete, & de rebus magnis tantum.
Plus tamẽ erga corrigẽda agat beneuolẽtia, quã seueritas, plus cohortatio, quã cõmotio, plus charitas, quã potestas: sed hi, qui quę sua sũt quærũt, & non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur, & qui magis dominari, quã consulere subditis quærunt, placet honor, inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam. S. Leo Epist. 88. Conc. Trid. sess. 3. c. 1. de correct. Prælat.
Vbi vero parere noluerint, exemplis, aut verberibus eos impellite.
Amicorum crimina non nisi coactus prodas; aduersus vero casus nunquam.

Ami-

Amici multi tempore fœlici reperiuntur; dum fortuna perit, nullus amicus erit.

Amicis aduersa fortuna oppressis idẽ tute tñ esto.

Amicos palam non tamen præsentes laudate.

Amicus certus in re incerta cernitur.

Nec amici, nec parentes negligendi: etiam si ad amplissimam dignitatem perueneritis.

Est liberale officium, serere beneficium, vt metere possitis fructum.

Homini nihil est magis optandum, quam prospera, æquabilis, perpetuaq; fortuna, secundo vitæ sine vlla offensione cursu.

Amici noui veteribus non sunt anteponendi, veterrima quæq; esse suauissima debent, nouitates tamen non repudiandæ, vetustas etiam suo loco conseruetur. Sal.

Qui cælat delictum, quærit amicitias. Sal.

Si bene facis ad amicum, magis amicus eris.

Amico amicus bonus summa lætitia est.

Cum mores amici noueris, non oderis.

Amicus Plato, Socrates, sed magis amica veritas.

Arcana amici ne per iram prodito. Ex Com. Gręcis.

Ne sis amicos inter arbiter duos. ibidem.

Res est iniqua sponte amicos lædere. ibidem.

Quærendus ægro medicus est vt corpori,
Sic est amicus mentis ægritudini.
Nam verba amica sunt medela commoda. ibidem.

Amicitias moderate exerce, inimicitias tarde suscipe. Senec. li. 1. de mor.

Vbi perpetua concordia, ibi crescit imperium. T. Liu. lib. 5.

Regnum per amicos seruatur. Arist. 5. Polit. c. 11.

DE PRVDENTIA circa Inimicos. Cap. XXI.



X aperto inimico facietis occultum, non quidem vobis, ſed illi.

Inimicitia eſt ira vlciſcendi tempus obſeruans. Cic. lib. 4. Tuſ.

Adulatores inter inimicos deteriores reponite.

Ab inimicis paulo minora, ſi recte vt ſciatis, quam ab amicis commoda conſequimini.

De vetere inimico nunquam confidite.

De inimicis tuis verba nulla prorſus vnquã habete.

Inimicis occultis blandiamini, etiam ſi vlciſci propoſitum ſit.

Quem oderitis, & ſi ſecrete ne in illo confidatis; odiũ enim uix latere poteſt.

Inimicum nullum eo neceſſitatis compellatis, vt ſaluum ſe eſſe poſſe nõ putet, niſi pœnitentiæ veſtrę.

Vt dulcibus venena mixta facilius fallunt, ita inimicos permixtis beneficijs.

Inimici diligendi, & beneficijs ſuperandi, ac deuincendi ſunt. Exod. 23. 4. Mat. 5. 44.

Virtus eſt coram hominibus tolerare inimicos, ſed virtus coram Deo diligere. Greg. in Paſt.

Quemadmodum ſi infles in ſcintillam ignis excitas incendium, contra ſi inſpuas, extinguis, & vtrumq. tibi in manu eſt, quoniam vtrumq. ex ore tuo proficiſcitur, idem fit, & in inimicitia proximi. Si inflatos

tos, ac vecordes ingeras ſermones, excitas ignem illius, accendis carbones. Sin mites, ac moderatos admoneas ſermones, priuſquã exardeſcat, iram omnem extinxeris. Hoc enim pacto iram veluti ſcintillam, vel extinguere, vel accendere, furoréq. vel excitare, vel contra ſedare in te ſitum eſt. Chryſoſt. homil. 3. de ſpec.

Medicus, vt morbo liberet ægrotum, non vtrum merito, aut immerito ſibi morbum contraxerit, tu quoque igitur Medicus eſto, ei qui te læſit, vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Homil. 1. de Dauid, & Saul.

Quẽ dolis, aut publico iure vlciſci licet ne vi tẽtetis.

Cum inimicis veſtris ſermonem ne habeatis, ſed inter nuntijs agitate.

Nullus ad nocendum efficacior, quam domeſticus inimicus. Boet. 3. de conſol.

Tacitę magis, & occultę inimicitiæ tuendæ ſunt, quã indictæ, & apertæ. Cic. in Ver.

Inimicus non contemnendus, etſi inferior.

Inimicitias tarde ſuſcipe, amicitias moderate exerce. Senec. lib. 1. de mor.

Inimicitię grauiſſimę ex verbis leui admodum de rę, & odia oriuntur. Plat. in dialog. 11.

Seditiones oriuntur non ex paruis rebus, ſed ex paruis ad magna deueniunt, maxime etiam paruæ corroborantur, quando fiunt in principalibus. Ariſt. 5. li. Polit. c. 4.

Inimici peſſimi ſunt, qui ſub amicorum ſpecie nos circumueniunt. Io. Pic. Mir. in prooem. in Aſtrol.

Immortalem inimicitiam ne retine, mortalis exiſtens. Menander.

DE PRVDENTIA circa Inimicos. Cap. XXI.



X aperto inimico facietis occultum,non quidem vobis,ſed illi.

Inimicitia eſt ira vlciſcendi tempus obſeruans. Cic. lib. 4. Tuſ.

Adulatores inter inimicos deteriores reponite.

Ab inimicis paulo minora, ſi recte vt ſciatis, quam ab amicis commoda conſequimini.

De vetere inimico nunquam confidite.

De inimicis tuis verba nulla prorſus vnquã habete.

Inimicis occultis blandiamini, etiam ſi vlciſci propoſitum ſit.

Quem oderitis,& ſi ſecrete ne in illo confidatis; odiũ enim uix latere poteſt.

Inimicum nullum eo neceſſitatis compellatis, vt ſaluum ſe eſſe poſſe nõ putet, niſi pœnitentiæ veſtrę.

Vt dulcibus venena mixta facilius fallunt, ita inimicos permixtis beneficijs.

Inimici diligendi, & beneficijs ſuperandi, ac deuincendi ſunt. Exod. 23.4. Mat. 5. 44.

Virtus eſt coram hominibus tolerare inimicos, ſed virtus coram Deo diligere. Greg. in Paſt.

Quemadmodum ſi infles in ſcintillam ignis excitas incendium,contra ſi inſpuas,extinguis,& vtrumq. tibi in manu eſt,quoniam vtrumq. ex ore tuo proficiſcitur,idem fit,& in inimicitia proximi. Si infla-

tos

tos, ac vecordes ingeras ſermones, excitas ignem illius, accendis carbones. Sin mites, ac moderatos admoneas ſermones, priuſquã exardeſcat, iram omnem extinxeris. Hoc enim pacto iram veluti ſcintillam, vel extinguere, vel accendere, furoréq. vel excitare, vel contra ſedare in te ſitum eſt. Chryſoſt. homil. 3. de ſpec.

Medicus, vt morbo liberet ægrotum, non vtrum merito, aut immerito ſibi morbum contraxerit, tu quoque igitur Medicus eſto, ei qui te læſit, vnum hoc quære, quo pacto illi morbum adimas. Homil. 1. de Dauid, & Saul.

Quẽ dolis, aut publico iure vlciſci licet ne vi tẽtetis.

Cum inimicis veſtris ſermonem ne habeatis, ſed internuntijs agitate.

Nullus ad nocendum efficacior, quam domeſticus inimicus. Boet. 3. de conſol.

Tacitę magis, & occultę inimicitiæ tuendæ ſunt, quã indictæ, & apertæ. Cic. in Ver.

Inimicus non contemnendus, etſi inferior.

Inimicitias tarde ſuſcipe, amicitias moderate exerce. Senec. lib. 1. de mor.

Inimicitię grauiſſimę ex verbis leui admodum de rę, & odia oriuntur. Plat. in dialog. 11.

Seditiones oriuntur non ex paruis rebus, ſed ex paruis ad magna deueniunt, maxime etiam paruæ corroborantur, quando fiunt in principalibus. Ariſt. 5. li. Polit. c. 4.

Inimici peſſimi ſunt, qui ſub amicorum ſpecie nos circumueniunt. Io. Pic. Mir. in prooem. in Aſtrol.


Immortalem inimicitiam ne retine, mortalis exiſtens. Menander.

DE

DE PRVDENTIA

circa Conuerſationes.

Cap. XXII.


VI cum ſapientibus graditur, ſapiens erit, amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Salom. 13.

Qui patiens eſt, multa gubernatur prudētia: qui autem impatiens eſt exaltat ſtultitiam ſuam. Sal. 14. 19.

Qualis enim quiſque ſit, talium conſortio delectatur. Hier. ad Demet.

Sancta conuerſatio confundit inimicum, ædificat proximum, glorificat Deum. Iſid. ſolil. lib. 2.

Sic cum inferiore viuas, quemadmodum ſuperiorem tecum viuere velis. Sen. ep. 97.

Vitate ſceleſtos, inuidos, ſtultos, loquaces, iracundos, ſuperbos, irriſores, & ingratos.

Si te ipſum, aut alios cognoſcere velis, quales futuri ſint ſociorum mores inſpice.

Noli eſſe querulus, nec moleſtus, nec moroſus, nec multum curioſus.

Cum quis loquitur cogitate, quid ad eũ pertineat de re, qualiſq. ſit erga vos, atque ſic mentem, non verba obſeruate.

Nolite contradicere in his, quæ nec vobis, nec cuiuis pertinent.

Inuitum cum retines, exire incitas, multis vero blan

diri

diri ſuſpectum eſt,cum ignoti fuerint, ſæpe ne canes comitantur, ſponte blandientem autẽ deſerũt.

Neque crebro apud eoſdem, nec ſæpius de eiſdem agas.

De ſpurijs, Longobardo rubeo,Germano nigro, Etruſco luſco, Veneto claudo,Hiſpano procero,muliere barbata,viro criſpo,Græco nullo, fidere noli.

Caue a ſentis varijs Arabis valgis, meretricibus cum blanditijs: faſcinant enim, & nimis blandis hominibus: ſunt enim proditores,aut auari,aut irriſores.

Malorum opera,vt Medici ſapientes venenis, opportune vteris.

Pueris petulantibus,& loquacibus,adoleſcẽtibus procacibus,& multa patẽtibus,iuuenibus fallacibus,ſenib. timidis,auaris,querulis,inuidis,mulierib.inanibus cõſilio,& minime ſecreta ſeruãtib.nolite fidere.

In paruo auxilio,quanquam officijs deuincto,nolite præter neceſsitatem confidere.

Manſuetudinem in ſermone, & modeſtiam ſemper præferte.

Nihil magis vitetis, quam homines verbis bonos, factis autem prauos.

Pauperi nolite multas credere pecunias,neceſſitas eſt violentior,natura.

Aequales aures tam pauperi, quam diuiti præbete.

Raro ſalutate,ſemper reſalutate.

Cum ſapientibus conſuetudinem habens,& ipſe euades ſapiens. Menander.

Nulla res magis animos inducit honeſtos, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum conuerſatio.Senec.ad Lucilium epiſ. 6.

Conuer-

Conuerſatio perpetua contemptum parit, raritas autem admiratio nē conciliat. Lucul. Apul. de Soc.
Magna pars bonitatis eſt velle fieri bonum. Senec. epiſt. 53.
Plena victoria eſt in acclamatione tacere, & non reſpō dere prouocanti. Valer. Max. lib. 7. de mem. dict.
Sermo veſter cum alienis ſit ſemper conciſus, nec explicatus ſit, vt cauſam taceat, etiam plures quaſi retineat ſenſus, adeo ſit imperfectus.
Vos officijs homines continete, Principes ipſi metu imperent.
Quos metu licet continere, ne amore regas, facilius enim expugnantur.
De incertis, aut contra iracundos, aut contumaces, vel contumelioſos, non litigate.
Suſurronem ne in ſocietatem admittite, multo minus in ædes.
Cum fœlicibus verſari pars eſt fœlicitatis quædam, vitate igitur diligenter infœlicium conſuetudinē.
Cauete molitores, fures, lanios, mendaces ſutores, procraſtinatores, milites rapaces.
Hominem incognitum cauete diligentius lupo, & ſerpente.
Cauete nimis blandos, decipere enim tentant, aut deceperunt.
Neminem de eo in quo vos peccare nouerint homines, reprehendite.
Nolite quemquam ob corporis deformitatem contemnere: totus enim homo animus eſt.
Cum acceſſeritis ad quemquam nolite expectare, vt vale dicat, ſed præoccupate.
Superioribus ſtatim parete, aut diſcedite, durum eſt
enim

enim contra ſtimulum calcitrare.
Procraſtinatio negandi eſt inſtrumentum.
Tigris nullis manſueſcit officijs.
Si ergo iocos exigis, hos quoq.cum dignitate ſapientiæ,vt nec te grauent tamquam aſperum, nec contemnent tamquam vilem. Nec erit tibi ſcurrilitas ſed grata vrbanitas,ſales tui ſine dente ſint,ioci ſine vtilitate,riſus ſine cachinno, vox ſine clamore, inceſſus ſine tumultu, quies tibi non deſidia erit. Senec.de quat.vir.
Quod aqua nõ moleſcit igni cedit,quod igne nõ ſoluitur,aqua moleſcit,quædam vtroque:ita tractanda hominum ingenia ſunt.
In alienis infortunijs cum eos non præmonueritis nolite videri ſapientes.
Nolite forma decipi, ſub verginea enim facie, plerumque anguinei latent mores.
Conſilium ne dederitis, niſi rogati.
Neminem reprehendite de eo, quod vobis iure obijci poſſet.
Vnicuiq.ſuum crimen ineſſe ſcitote.
Quot capita,tot ſententiæ ſunt,ac quilibet propriam habet inclinationem.
Cauete illum, qui cuique verbo ſuo, vel alieno ſubridet,dece ptor enim eſt.
Cum quis coram vobis non inimicus ſecreto loquitur,nolite curare,poteſt enim volentibus vobis ſecretius eadem dicere.
Ne ingrediamini ad comedentes, nec ad lectum exiſtentes.
In conuiuio,aut omnino tacete,aut parciſſime ſi neceſſarium loquimini.

Qui

Qui dicit luſorem, dicit vitiorum ſentinam.

Nolite docere imperitos,operam enim luditis, & odium paritis,ſed tentate ſi non obſequantur, quæ neceſſaria ſunt breuiter dicite,& finite.

Cauete a iudice iniquo,& doloſo.

Hominem tribus modis,cum quo conuerſamur,conſiderandum eſſe,nempe vt præſtantiorem nobis, aut inferiorem,aut æqualem; Præſtantiorem quidem auſcultare,& obtemperare conuenit, minori modeſte perſuadere,æquali autem conſenſione. Stob. ſerm.3.de temp.

Illi,qui cum ſapiente conſuetudinem habent,etiam ſi hoc non agant,tamen redduntur meliores. Sen.

Omnes tibi pares facies, ſed inferiores ſuperbiendo nõ contẽnes,ſuperiores recte uiuẽdo ne timeas, in reddenda officioſitate, neque exactor, neq. negligens appareas,cunctis eſto benignus,nemini blandus, paucis familiaris, omnibus æquus, ſeuerior eſto iudicio,quam ſermone,& vita quam vultu,clementiæ cultor,clemens vltor,ſeuitiæ deteſtator,famæ bonæ,neq.tuæ ſeminator,neq.alienę inuidus,rumoribus,criminibus,ſuſpicionibus,minime credulus,vel malignus,ad iram tardus, ad miſericordiã pronus,in aduerſis firmus, in proſperis cautus, & humilis occultator virtutũ,ſicuti alij vitiorum,vanæ gloriæ contemptor, & bonorum. Nullius imprudentiam deſpicias,rari ſemonis ipſe,ſed loquentium patiens,ſeuerus, non ſæuus,ſed hilarem non aſpernas. Senec.de qual.lib.iur.de tit.contineri.


Res in communi poſſidentes, rerumq. vtentes communione, multo magis inter ſe litigare videamus,quam eos, qui ſeparatim poſſident. Ariſt. 2.

Po-

Polit. 2.capit. 3.

Egeſtas vero ſeditiones,& delicta parit.idem c.4.

Quando neceſſitas patitur poteſt facere contra leges.S.Thom.p.2.quæſt,96.art,6.



DE PROBITATE & Virtute. Cap. XXIII.



IRTVS autem vbi non maxime honoratur,ibi non eſt poſſibile firmum optimumque eſſe in Repub, ſtatum. Ariſt.2. Polit,c, 9.

Omnes quodammodo diuinare, & augurari videntur,habitum eum virtutem eſſe, qui prudentia dirigatur, Ariſ,6, Ethic. c, 13.

In vna virtute,quę eſt ingenij pręſtantia, omnia,quæ ad beatam vitam pertinēt,poſita. Cic.in lib.de finib.& 5. Tuſ.

Fœlicem neminem eſſe niſi omnibus virtutibus prædit us ſit. Laert.

Virtus omnium principium conſeruat, & vitium labefactat.Ariſt.7.Ethic. c.8.

Vir prudens recte cenſuit, ſolam virtutem primum ac ſtatim à teneris vnguiculis diſci oportere.Plut. in Lac.

Anima dedita virtuti ſimilis eſt inquit perenni fonti, cuius aqua eſt pura imperturbata, potabilis, dulcis

dulcis,accepta, fruitioni apta, copiosa, ab omni noxa,& pernitie aliena. Stob.ser.1.

Arctiora enim sunt vincula virtutis, quã sanguinis Laert.lib.6.

Fundamentum veræ virtutis, humilitas, nec tanta claritas vlla est, quam elatio non obscuret. Fran. Petrarc. Dialo.10.

Quæ hominis arant,nauigant,ædificant, virtuti omnia parent.Salust. in Catil.

Virtus quanti est æstimanda,quæ nec eripi, nec surripi potest,neq. naufragio, neq. incendio amittitur, nec tempestatum,temporum permutatione mutatur,qua præditi qui sunt,soli sunt diuites; soli enim possident res & fructuosas, & sempiternas, solique (quod est proprium diuitiarum) contenti sunt rebus suis. Cic.Rhet.veter.lib.1.

Sæpe virtus ex magnificentia, in quo grauitas,& auctoritas est, plus proficit ad misericordiam commouendam,quam humilitas, & obsecratio. idem.

Qui virtutem habet,is nullius rei ad bene viuendum indiget.

Vos hortor,vt ita virtutem locetis(sine qua amicitia esse non potest) vt ea excepta, nihil amicitia præstabilius esse putetis.Cic.de amic.in prin.

Virtus,regna,vrbes,prouincias temperat, fert leges, colit amicitias,inter propinquos, liberosq.dispensat officia.Senec.epist.75.

Optimatum autẽ videtur esse,maximos honores, tribuere secundum virtutem, finis enim optimatum virtus.Arist.4.Polit.c.8.

Virtus extollit hominem,& supra astra mortales collocat.Senec.epist.88.

Nulli

Nulli præclusa est virtus, omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, non eligit dominum, non censum, nudo homine contenta est. idem 67.

Ad discendũ hęc cõueniunt, videlicet oportet habere naturã, ingenium, puerilem disciplinam, bonos mores, laboris amorem, tempus: primum quidem omnium natura ingenio opus est: natura enim repugnante, & contrafaciente cuncta cassa, & vana sunt. Hipp. lib. de leg.

Quæ cum voluptate agimus, dulcia sunt, ita quæ cum virtute, gloriosa esse solent. Herod. lib. 6.

Non eum qui parentes præclaros enumerat, sed qui suis virtutibus resplendet, nobilem appellabo. Pogij Floren. lib. de nobilit. fol. 75.

Virtus est bonarum rerum consiliatrix, & conseruatrix facultas. Arist. lib. 1. Reth. c. 9.

Virtutis merces, ac finis optimum quiddam est diuinum, ac beatum. idem lib. 1. Ethic. c. 9.

Nulla in re mortalia tanta inest firmitas, tanta constantia, vt in ijs rebus, quæ virtute geruntur. Multo enim scientijs ipsis sunt firmiores, & stabiliores. idem cap. 10.

Virtus ipsa itemq. vitium in nostra potestate sunt. idem lib. 3. Ethic. c. 5.

Virtutis, & beneficentiæ merces est gloria, inopiæ, & indigentiæ præsidium, quæstus. idem lib. 8. c. 14.

Est virtus, & vir bonus mẽsura omniũ rerũ. idẽ l. 9. 4.

Est vero virtutis beneficijs dignos afficere, bonos amicitia sua dignari, odisse malos, tunc nec pœnæ, nec vindictæ cupidũ esse, sed misericordẽ, clementemque, ac veniã concedere paratum. Arist. hymnum Laud. virt.

Virtutis comites, probitas, æquitas, candor, ſpes bo na, & id genus alia ſunt, qualis eſt familiaris amicorum, ſociorum hoſpitum, hominum denique, bonorum prẹſertim amor, vitium vero contrarijs. ibidem.

Qui enim natura probus eſt, vbique & apud omnes probus eſt. Plut. in Apoph. Lacon.

Quemadmodum columnæ magnas domus ſuſtinent, ſic boni viri populum totum confirmantes, ciuitates, & reſp. fulciunt. Apt. Ant. in Meliſſa, par. 2. ſerm. 31.

Quemadmodum omnis ſapiens ei vitio vertit, qui turpem aliquem amat, ita rurſus illi dabit laudi, qui probum virum amore complectitur. Libanij ſoph.

Artes liberales ſeptem ſunt, ſcilicet Grammatica, Logica, Rethorica, Arithmetica, Muſica, Aſtrologia, Geometria. Turrecremata in Decret. diſt 37. in cap. epiſcop. nu. 5.

Curate, vt meliores ſitis, ac præſtantiores, quam videamini.

Virtutem, & probitatem inuidia comitatur, vt vmbra corpus, nolite igitur terreri.

Virtutem, & probitatem, nec tegite, nec oſtentate.

Nec maior eſt labor eſſe fortem, quam timidum, vegetemq. inertem, comemq. agreſtem.

Nimia animi facilitas pars eſt ſtultitiæ.

Legem, quam ſanxeris, tute primus ſeruare velis. Plat.

Cum virtus ſit clarior, & vtilior vitio, nec difficilior, cur non eligitis eam?

Non poteſt matutina, aut veſpertina ſtellarum claritas comparari, cum virtutum omnium regina,

na.Cic.in 3.de offic.

Virtutis ingentia præmia. Cic.pro Milone.

Virtuti omnia parent.

Vera laus vni virtuti debetur.Cic.2.de orat.

Scutum maximum eſt virtus mortalibus. Menander.

Virtus eſt per ſe ipſa laudabilis,& ſine qua nihil laudari poteſt.Cic.2.orat.

Boni ſibi hoc expetunt, fidem, honorem, gloriam, & gratiam,hoc probis pretium.Plat.Tim.

Virtute nihil eſt formoſius,nihil laudabilius.Cic.pro Dolobella,& 1. de nat.Deo.

Nulla poteſt eſſe virtus niſi gratuita. Cice. 5.Tuſ.

Virtutem neceſſario gloria ſequitur.idem 1.Tuſ.

Eſt proprium virtutis conciliare ſibi animos hominum,& ad vſus ſuos adiungere.idem 2.offic.

Propter virtutem iure laudamur, & in virtute recte gloriamur.idem 3.de Nat.Deo.

Beatus vir proprie, & copioſe laudari ſine virtutum cognitione non poteſt. idem. 2.de orat.

Virtutis tanta eſt vis,vt non poſſit numquam eſſe vir bonus non beatus.Cic.in Piſon.

Virtus ad beate viuendum ſe ipſa contenta eſt. idem 5.de finib.

Virtus eſt altiſſimis defixa radicibus, quæ numquam vlla vi labefactari poteſt, numquam dimoueri loco. idem Philip.4.

Ad virtutes ſpectat tribulationes fortiter ſuſtinere, ad ſapientiam in tribulationibus gaudere. Bernar. ferm.ſuper cant.

Doctrinam magis,quam aurum eligite.

Corona ſenum multa peritia,& gloria illorum eſt.

Virtuti finis eſt veritas.

Nihil ſane menti ſuauius eſſe, quam vera dicere, & audire.
Virtus autem vbi non maxime honoratur, ibi non eſt poſſibile firmum optimorum eſſe in Rep. ſtatum.
Mens non poteſt habere regnum virtutum, niſi prius excuſſerit regnum vitiorum. Auguſ.ep.ad Maced.
I bone, quo virtus tua te vocat, i pede fauſto.
Grandia laturus meritorum pręmia, quid ſtas. Hor. epiſt.2.lib.2.ad Iul.
Poſt obitum bene facta manent; æternaq. virtus.
Non metuit, Stygijs ne rapiatur aquis. B. M. epigram. ad Falcon.
Diſcite virtutem iuuenes, nam ſola beatos.
Nos facit, & diræ non timet, arma necis.
Fortunæ ve minas, aut ſæui ſpicula fati.
Quæque facit tremula, curua ſenecta manu.
Arma potentiſſima ſunt hominibus virtus. ex Iamblicis Monaſt.
Inhibe virtutes, & inania gaudia ſperne.
Sunt animi comites gaudia vera boni.
Virtus omnibus rebus ante it profecto. Plaut. in Amphit.
Libertas, ſalus, vita, res, parentes,
Patria, & prognati tutantur ſeruantur.
Virtus omnia in ſe habet, omnia adſunt bona, quem penes eſt virtus. Idem.
Pauci, quos æquus amauit.
Iuppiter aut ardens euexit ad ætherea virtus.
Dijs geniti potuere, & dubitamus adhuc virtutem extendere factis. Virg. 6. Aeneid.
Diſce puer virtutem ex me verumq. laborem.
Fortunam ex alijs, nunc te mea dextera bello.

De-

Defenſum dabit, & magna inter præmia ducet. Virg. 2. Aeneid.

Difficile eſt fateor, ſed tendit in ardua virtus.
Et talis meriti gratia maior erit. Ouid. lib. 2. de Pont.

Excitat auditor ſtudium, laudataque virtus.
Creſcit, & immenſum gloriam calcar habet.

In iure dicundo obſeruentur, facilitas in audiendo, conſtantia, & grauitas, quæ reſiſtat non ſolum gratiæ, ſed etiam suſpicioni læuitas in diſcernendo in diſputando diligentia. Cic. ep. l. 1. ad Q. fratrem.


Signa duodecim cæleſtia vires, & qualitates illarum neceſſaria, & pertinentia ad medicinam ſunt iſta videlicet.

Aries, Leo, Sagittarius. cholerica, ignea, calida, & ſicca.

Taurus, Virgo, Capricornus; melancholica, terrea, frigida, & ſicca:

Gemini, Libra, Aquarius: ſanguinea, aerea, calida, & humida.

Cancer, Scorpio, Piſces: phlegmatica, aquea, frigida, & humida. Luc. Gauricus.



DE FIDE.

Cap. XXIV.



IDES quid eſt, niſi credere, quod non vides. Auguſ. de Trinit.

Nihil denique eſt, quod in vita geri poſſit, ſi non credulitas ante præceſſerit. Hier.

Fides hoſti etiam ſeruanda eſt, nec eſt conſiderandum, cui, ſed per quē iurauerit. Hier. ſuper. Ezechiel.

Fides vbi ſana non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia; quia iuſtus ex fide viuit. Aug. contra Petilian. 23. q. 5.

Fides ſignificat, veritatem, & conſtantiam in ſeruandis promiſſis. Rom. 33.

Fidelis totus mundus diuitiarum eſt. Aug. lib. 2. 6. 8.

Fides eſt fundamentum ſocietatis humanæ: perfidia vero eiusdem peſtis. idem, & Plato li. 5. de legi.

Noli intelligere, vt credas, ſed crede vt intelligas, Intellectus merces fidei eſt. Auguſt. ſuper Io.

Nec agi, nec ſtare aliquid poſſe, niſi prçceſſerit vis credendi. Hier. Epiſ. 1.

Fides in verbis ſita.

Fidelis vir multum laudabitur, qui autem feſtinat ditari non erit innocens. Sal.

Ex fide autem Iuſtus viuit. Galat. lib. 1. c. 3.

Fides eſt radix omnium virtutum, & quod ſuper hoc fundamentum ædificaueris, hoc ſolum ad operis tui fructus, & virtutis proficit mercedem. Ambroſ. lib.

lib. de Cain,& Abel.

Fideli amico nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri,& argenti,contra bonitatem fidei illius. Eccles.c.6.

Fides inanis est sine operibus. Iacob.c.2.

Fidem omnem si habuero,charitatem autem non,nihil sum. Corint.1. c.15.

Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Hebrçorum 1. c.11.

Sine fide impossibile est placere Deo. ibidem.

Fidem esse de ijs, quæ non videntur. Aug.lib.3.

Fides est bonorum omniũ fundamentum. idem lib. 10

Fides inanis est sine dilectione. ibidem.

Fideliũ cõparatio, infideliũ est vituperatio. idẽ.li.9.

Fidelis est vere homo,qui credit quod nescit.idẽ li.10

Fidẽ nõ seruãs,seipsũ fraudat,& nõ promissor.Id.l.9.

Fidem nemo perdet, nisi cum spreuerit. idem lib.8.

Non fides,sed tempora variata sunt. Ibidem.

Fides reddit dociles,idem lib.7.

Fides concepta est ex scripturis nouis, & veteribus. Idem lib.5.

Fides omnis iustitiæ initium. Idem lib.2.

Fides vna,obseruationes variæ. Ibidem.

Fides non eget demonstratione. Idem lib.1.

Per fidẽ enim dignoscitur animi propositum. Athan. de passion. Dom.

Fides est opinio vehemens. Arist.4. Top. Cic. de off.

Summam præstare fidem,aut per calumniam seruare simplicis,non probi viri est.

Dominorum negocia summa fide tractanda, vt ex dominis seruos vobis reddatis.

Pollicita summa fide præstate,fidei enim opinio,apud

homines opes quædam sunt.

Fides ad eum, quem reliquerit non reuertitur, suspicio, ad quem intrauerit non deserit.

Frangere fidem, perfidiosum, & nefarium est.

Fides nulla mendacio, & mendaci.

Fides violata, cuicumq. fuerit data, tandem a Deo punitur. Cumin. c. 92.

Fides hosti seruata, quem fallere potueris magnam probitatis apud omnes laudē, & magnum, vt alios ad te allicias momentum habet. Cumin. ca. 23. 27. 28. 33.

Fides rara virtus, ac propterea in Principe multos illis conciliat. Cumin. c. 33.

Fides, & constantia dictorum in rege præcipue commendatur. Isocrat. c. 8.

Fidelis amicus protectio fortis est.

In fidos, & sedulos, Princeps sit liberalior, quam in cęteros. Agap. 34. 47.

Fides sanctissimum humani pectoris bonum est. Nulla necessitate ad fallendum cogitur nullo corrumpitur præmio. Vre inquit, cæde, occide, non prodam, sed quo magis secreta quæret, hoc illa altius condet. Senec. ad Lucil. epist. 89.

Fidem nemo vmquam perdet, nisi qui non habet. Senec. in prouerb.


Animus sine fine stabilis esse non potest. Cicer. lib. 1. Rhetor.

Fundamentum iustitiæ est fides dictorum, conuentorumq. constantia, & veritas. Cic. lib. 1. de offic.

Nihil stabile, quod est infidum. Cic. de amicit.

Fides, stabile, & ęternum facit imperium. Quint. Cur. de gest. Alex. lib. 8.

Turpissimum enim est fidem fallere, in regibus vero longe turpius. Paul. lib. 1. de Alphons. reg. gest.
Nihil deniq. est, quod in vita geri possit, si non credulitas ante praecesserit. Hier.
Veritas est fidei, & iustitiae candor. Plat. lib. 1. de Rep.
Fides etiam hosti data, seruanda. ibidem.



DE GRATIA, ET Officio. Cap. XXV.


NON potest homo accipere a se quicquam, nisi fuerit ei datum de Coelo. Ioan. 3.
Qui bonus est hauriet gratiam a Domino. Salom. 12.
Gratia est virtus specialis reddens gratiam benefactori. Thom. 2. 2. quaest. 18. ar. 1.
Si potes dare da, si non potes affabilem fac. August. super psalm. 103.
Benefacite bene merentibus, sed tuto sint, & probi bene merentes.
Non meremur auxilium, si negamus: nō meremur in periculo liberari, si non succurrimus. Lact. Fir. diu. offi. lib. 6. cap. 15.
Gratia caduca iniuria indelebilis.
Spes, quae differtur affligit animam. Salom. c. 13. 12.
Gratia tarda data, est ingrata, nisi tarditas grauitate compensabitur.

Qui

Qui citò dat bis dat.

Promptiores estote ad conferenda beneficia in amicos, quam ad vlciscendos inimicos.

In ingratos nolite beneficia conferre, opera enim perditur, animus alienatur, & malo estis exemplo.

Officium cum suscipitis, mementote vos oppignorare libertatem.

Beneficia per vos, aut vestros collata, nolite exprobrare, nisi necessario.

Beneficiarios vestros in causa iusta cogniti, qui probis non sint, pro inimicis habetote, nullo officio obstrictos, aut iniusta causa cognitos, qui contra vos non sint numerati inter amicos.

Omnibus prodesse, & neminem lædere.

Nihil refert, quam cito, si sat bene.

Immemor gratiarum nemo gratus inuentus est.

Gratia est in qua amicitiarum, & officiorum alterius memoria, & alterius remunerandi voluntas continetur.

Sero beneficium dedit, qui roganti dedit.

Improbus est homo, qui beneficiũ scit sumere, & reddere nescit.

Ingratus, qui beneficium accepisse se negat.

Omnes immemores beneficij oderunt.

Ingratitudo quælibet est peccatum, quia tollit debitum gratitudinis, quod est debitum honestatis. S.Thom.

Ingratitudo pertinet ad primam, & secũdam speciem superbiæ.

Virtutis proprium est officium in alios beneficia conferre potius, quam ab alijs accipere, & quæ recta sunt, & honesta, facere, quam flagitiosa, & turpia

non

non facere. Arist. 4. Ethic. c. 1.

Postquam ascitus es in ordinem aliquem fungere tuo officio quemadmodum & cæteri faciunt.

Ne dicas amico tuo vade, & reuertere, cras tibi dabo, cum statim possis dare. Salom. 3. 28.

Nullius exiguitatem, atq. impotentiam spernendam, & gratiam beneficijs referendam esse.

Gratiam cum acceperis in memoria habe, & cum dederis, obliuiscere. Menander.

Quemadmodum leges omnium salutem, singulorum saluti anteponunt, sic vir bonus, & ciuilis officij non ignarus vtilitatem publicam magis, quam priuatam curat. Cic. lib. 3. de. fin.

Vt neque medici, nec Imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum sine vsu, & exercitatione consequi possunt; sic officij conseruandi præcepta traduntur; illa quidem, vt faciamus ipsi. Cic. lib. 1. offic.

Habet in aduersis auxilia, qui in prosperis commodat. Senec. in prouerb.

Qui succurrit perituro prodest, cum non succurit occidit. idem.

Ingratum est beneficium, quod diu inter manus dãtis hæsit, quod quis ægre dimittere visus est, & sic dare tãquam si sibi eriperetur: gratissima autem sunt beneficia parata facile occurrentia, vbi nulla mora fuit nisi in accipientis verecundia. idem lib. 2. c. 1.

Pulchrum sane prædicandum beneficium nulla dilatione suspensum, nullis precibus redẽptum, nullis meritis comparatum. Gratia est enim donum, quod venit ante preces. ibidem.


Magna

Magna etiam communitas eſt, quæ conficitur beneficijs vltro citroq. datis. Cic. lib. 1. de offic.
Neque enim nobis ſolum diuites eſſe cupimus, ſed liberis, propinquis, amicis. idem lib. 3.
Non exercitus, neq. theſauri, præſidia regni ſunt, verum amici, quos neq. armis cogere, neq. auro parare queas, officio, & fide parantur.
Pauperibus ſemper clementem porrige dextram.
Deſuper vt veniat gratia magna Dei.
Vt tibi ſaluantis benedictio numinis adſit.
Req. probet toto quicquid in orbe viget. Ieſus Sirach. Ecc. c. 7.
Regia (crede mihi) res eſt ſuccurere lapſis
Conuenit, & tanto quantus es ipſe viro. Ouid. de Pont. lib. 2. Eleg. 9.
Hoc patrium eſt potius conſuefacere filium
Sua ſponte recte facere, quam alieno metu. Teren. Adelph. 1
Gratiaq. officio, quod mora tardat, abeſt. Ouid. de Pont. 3.
Si male rem gerere inſani eſt, contra bene ſani. Hor. 2. ſerm. 3.
Vigilare decet hominem,
Qui vult ſua tempori conficere officia.
Nam qui dormiunt libenter, ſine lucro, & cum malo quieſcunt. Plaut. Ru.
Solus beneficentiæ fructus manet, & in benefactorem redundat, eumque commendat maxime. Agap. 38. 39.
Conferre beneficium illi, qui exiſtimat ſe iniuriam accepiſſe, nunquam ſufficit mitigare animum malè affectum, & immerſum in damnum habitum.
Guic-

Guicciard.libro 15.

Illi qui pudent ſe egiſſe beneficijs, triſtantur etiam i la habuiſſe.idem 15.

Cum ab amicis,a Principibus, a fortuna aliquid impetrare non poſſis, à temetipſo impetra.



DE SERVIS.

Cap XXVI.



ERVVS ſapiens dominabitur filijs ſtultis,& inter fratres hęreditatem diuidet.Salom.c.17.

Ne derelinquas ſeruum antiquum, nouus enim non erit ſimilis illi. idem.

Seruum autem domini non oportet litigare,ſed manſuetum eſſe ad omnes,docibilem, patientem. Timoth.lib.2.c.2.

Dominum tuum timebis,& illi ſoli ſeruies. Deut.6: & 10.

Serui ſubditi eſtote in omni timore dominis non tantum bonis,& modeſtis,ſed etiam diſcolis.1.Petr.2.

Acceptus eſt Regi miniſter intelligens.Sal.14.


Ne lædas ſeruum in veritatem operantem.Eccleſ.7.

Seruus ſenſatus ſit tibi dilectus, quaſi anima tua,non derelinquas illum inopem.idem.

Si eſt tibi ſeruus fidelis,ſit tibi,quaſi anima tua, ſi læ-

ſeris eum iniuſte, in fugam conuertetur. idem 33.
Domini quod iuſtum eſt, & æquum, ſeruis præſtate, ſcientes quoniam, & vos Dominum habetis in cælo. Coloſſ. 4.
Ancillas iuuenes non quæratis, ſi habeatis non concubatis cum eis ne dominas, & veneficas habeatis.
Affines ſeruos, aut famulos nolite habere, ne coniurare inter ſe poſſint.
Vt corpus abſq. anima nihil agit, ita nec ſeruus abſq. domino.
Cum omnis ſeruitus eſt miſera, tum vero eſt intolerabile, ſeruire impuro, impudico, effœminato viro.
Serui multi, interdum deterius inſeruiunt, quam pauci. Ariſt. 2. Pol. c. 2.
Seruo pacta tribuas, vt tibi beneuolus ſit,
Cape etiam conſilium a famulo bene ſentiente.
Phocylides.
Quum qui incidit in ſeruum bonum
Nulla eſt poſſeſſio melior. Menan. Stob. ſer. 60.
Quam iucunda res eſt ſeruis bonos dominos nãciſci
Et dominis ſeruum in ædibus beneuolum. Iuuen. Meleag.
Seruis tuis hilarem te pręſtes, non ſuperbum; ſuperiorem te colant, potius quam timeant. Sen. ep. 47.
Scis mihi qua Polidore potes ratione placere
Si quæ præſcribam præcipiamq; facis.
Lex igitur ſit prima, fidem ſeruato; deinde
A domini mundas rebus habeto manus.
Odi mendacem, non poſſum ferre proteruum,
Nec tu luſorem crede placere mihi.
Odi quæ multum ſeſe mihi iactat, & odi
Alterius famam, qui laceranda premit.
Diſpli-

Diſplicet indocilis nimium mihi, diſplicet ille,
Qui multa ſemper murmure iuſta facit.
Non eſt quod durum, non eſt quod litis amantem,
Contactum non eſt inuidia quod amem.
Aſſentatorem non plane diligo, nec qui
Deſidia fuerit deditus atq; gulæ,
Qui toleret famulum domini ſecreta volentem
Scire, quis elatum multiloquumque ferat,
Fallacem fugio ceu tartara denique cultum,
Ingenuis hominẽ moribus eſſe volo. Io. Cãpanus.



DE VITIIS
In Generali. Cap. XXVII.



VO præſeruant à vitijs, & peccato, ſcilicet timor Dei, & amor veritatis.

Vitia ſunt, vt ſal, ignis, piper: modica condiunt, copioſa corrumpũt.

Vitiorum tria ſunt cum voluptate, Auaritia, Gula, & Luxuria, vnum cum dolore Inuidia, vnum abſq; vtroque Inertia, duo reliqua, modo cum dolore, modo cum voluptate ira, & ſuperbia. S. Thom.

Vitia animi, velut in veſtibus maculas, ſi qua ſint ſaltem tegere.

Vitia tibi non tantum explenda ſunt, quam referenda:

da: quia vtiq; facilius est non suscipere, quam semel suscepta deponere.

Malitia, ac vitio non est ignoscendum, neq. vlli eorũ, quæ ipsa vituperanda sunt Arist. 7. Ethic. c. 2.

In vitio est magna vis ad labefactandum principium. Idem. 6. Ethic. c. 5.

Vitiositas peruertit iudicium, principiorumq. inducit eorum errorem, vnde actiones, & officia proficiscuntur. Idem. c. 12.

Maximum vitium ingratitudinem etiam in pueris de testantur. Xenoph. lib. 1.

Vitia non prosunt, nisi vt veneno, sobrie aduersus vitia vtendo.

Peccator semper incidit in foueam, quam fecit. Psal.

Peccatum est via ad mortem, mors autem est via ad infernum. S. Thom.

Peccata hominum sunt impedimenta humani boni. idem.

Peccatum alterius fit proprium quadrupliciter, scilicet imitãdo, cõsuledo, cõsẽtiẽdo, & dissimulãdo. id.

Maledictus homo, qui retinet verbum increpandi. Iere. cap. 18.

Peccatores Deus non exaudit. Ioan. 9.

Homo peccando recedit ab ordine rationis, ideo perdit dignitatem humanam, & incidit in seruitutem bestiarum.

Humanum est peccare, diabolicum perseuerare, Angelicum vero se emendare.

Cuiusuis hominis est errare, nullius nisi insipientis perseuerare in errore.

In mala re, quanto melior tanto nequior.

Fures nec emendantur vnquam, nec spõte restituũt.

Nam

Nam vitijs nemo ſine naſcitur, optimus ille,
Qui minimis vrgetur. Horat. 1. ſerm. 3.



DE AMORE.

Cap. XXVIII.



DILIGES proximum tuum ſicut te ipſum: dilectio proximi malum non operatur, plenitudo ergo legis eſt dilectio. Ad Rom. 13.

Omnis enim lex in vno ſermone impletur, diliges proximum tuum ſicut te ipſum. ad Gal. 5.

Nihil perfectius, ac Deo gratius virtute dilectionis. Greg. in Paſtoral.

Non diligemus verbo, neq. lingua, ſed opere, & veritate. Io. 1. c. 3.

Qui non amat filios, vel vxorem, leone peior eſt. Auguſ. lib. x.

Serpentes, leones, & lupi amant filios ſuos. ibidem.

Sicut amor mundi inflãmat animam ad terrena concupiſcẽda, ſic amor ſanctus ad ſuperna eleuat, & ad æterna inflammat. idem lib. 8.

Amando homines Deum, efficiuntur Dij, idem lib. x.

Amor omnia efficit facilia, & prope nulla. Idem.

Amando bonum, meliores efficimur. idem lib. 8.

Amor curſus eſt, & miſer eſt, qui nihil amat. Idem.

Amor populi, diuturni Imperij eſt fundamentum.

Ama eos, quibus imperas, & effice, vt ab eiſdem quoque viciſſim ameris.

Amor eſt iucūdus cruciatus, & inſania vnius generis.

Amare iuueni fructus eſt, crimen ſeni, eſt namque ſtultitiæ egregium ſignum, aut caput.

Amare, & ſapere, ſolis conceſſum ſuperis.

Amor facit nos cœcos in cognoſcendis erroribus.

Amor, & odium, & proprium commodum, faciunt ſæpe iudicem non cognoſcere verum. Ariſt. 1. Rhet. cap. 8.

Amare nihil aliud eſt niſi eum ipſum diligere, quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæſita.

Omnibus hominibus eſt naturale, vt ſe inuicē amēt.

Amatur quis propter tria, ſcilicet propter affabilitatem, pulchritudinem, & manſuetudinem.

Amor dulcis patriæ, infœlix puerorum amor, & inſulſus, mulierum autem periculis plenus.

Dilectio inimicorum eſt perfectior, & magis meritoria, quam dilectio amicorum.

Nihil tam durum, atque ferreum, quod non amoris igne vincatur. Auguſ. de mor. Eccl.

Qui amat, non laborat: omnis enim labor amantibus grauis eſt. Auguſ. 13. conſtit.

Nullo modo oneroſi ſunt labores amantium, ſed ipſi delectant. Auguſt. lib. de ſan. iud.

Me tamen vrit amor, quis enim modus adſit amori? Virg. Eclog. 2.

Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. id. Ecl. x.

Nec modus, nec requies, niſi mors reperitur amoris. Ouid. 10. met.

Eſt ira nulla amantium durabilis. Menander.

DE

DE VOLVPTATE.

Cap. XXIX.



MPEDIT consilium voluptas, rationis inimica ac mentis, vt ita dicam, perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute cōmercium. Cat. maior.

Quo maior est voluptas, eo magis mentem a sua sede, & statu dimouet. Paradox. 1.

Malorum esca voluptas, qua omnes capiuntur, vt hamo pisces. Cat. mai.

In voluptatis regno non potest virtus consistere. idem.

Voluptatem coerce: sponte enim nimis augetur.

Maximas virtutes facere oportet, voluptate dominante. Cic. ad Att. lib. 5.

Ludite ad animi relaxationem, non autem de pecunijs certate.

Pleriq. propter voluptatem, & paruam, & non necessariam, tum in morbos graues, tum in damna, tum in dedecora incurrunt, sæpe etiam legum, & iudiciorum pœnis obligantur. Cic. 1. de fin.

Voluptas fluit, & prima quæq. euolat, sæpiusq. relinquit causas pęnitendi, quā recordandi. Cic. 2. de fi.

Voluptates sunt corruptibiles. Honores vero sunt immortales.

Qui minus delitiarum nouit in vita, minus timet mortem.

Nulla capitalior pestis, quam corporis voluptas, hominibus a natura data est. Cat. Maior.

Viuens in delitijs mortuus; ventri enim solummodo viuit, cæteris sensibus mortuus. Neque aspicit, quæ aspicienda, neq; audit, quæ necessario audire conuenit, neque loquitur, quæ decet loqui. Math. primo ad Timoth. homil. 13.

Nemo est dignus nomine hominis, qui vnum diem totum velit esse in voluptate. Cic. 2. de fin.

Pœnitentia, dolorq; voluptate comparatur.

Voluptatum vsuræ morbi sunt.

Ita Dijs placitum, voluptatē vt mœror comes consequatur.

Voluptate nimia affecti, nonnulli interierunt.

Immoderata recreatio vitiosa.

Pueri neque nimia seueritate contineantur, neq; delitijs assuescant.

Qui bene viuere student, ad fruitionem corporis diuitias quærunt. Arist. 1. Polit. c. 6.



DE INIVRIA, & Vltione. Cap. XXX.



INDICTA non appetenda, sed Deo soli, eiusq; ministris, ac magistratui legitimo relinquenda. Gen. 15.14. Leu. 19. & 17. Deut. 32.35.
Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. Eccle. 10.
Nulli malum pro malo redde. Noli vinci a malo; sed vince in bono malum. Rom. 12.
Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Leuit. 19.
Si vindicare vis sile, & funestam ei dedisti plagam. Io. Chrys. super Math. 5. qui dixerit.
Iniuria nemini facienda. Leuit. 19.13.
Iniuria dissimulanda. Salom. 12.16.
Sacerdotis est nulli nocere, prodesse velle omnibus. Ambros. lib. de offic. & hab. 14. q. 5. denique.
Qui dissimulat iniuriā callidus est, fatuus autem statim indicat iram suam. Salom. c. 12.
Qui iniuriam facit, recipiet id, quod inique gessit. Colos. 3.
Noli imitari malum virorum, sed iustitia vindica te.
Conciliatio enim vtilitatem, sed contentio contentionem gignit.
Vltionis momentanea delectatio, misericordiæ sempiterna. Petrar.
Nobilissimum vindictæ genus est parcere. idem.


Nulla vero maior, nulla firmior delectatio est, quam quæ, de puritate conscientiæ, & rerum bene gestarum recordatione, oritur. idem.
Aptissimum tollendis hostibus instrumentum est lenitas. idem.
Melius est amicum quærere, quam hostem tollere. Idem.
Vlcisci vendicare est, & iniuriam non impunitam relinquere. l. scientiam. §. cura alter. ad l. Aquil.
Quo pacto maxime possis vlcisci inimicum; si te ipsum probum, & honestum virum præstiteris. Hoc qui facit, sibi prodest maxime, & inimicum maxime discrutiat. Laert. lib. 6.
Venia vltione melior est, illa nāq; mitis est ingenij, hæc autem ferini. Stob. serm. 47. Max. serm 6.
Iniuriam futuram præcauere prudentis esse, indolentiæ vero quod factum est, non vlcisci. Stob. serm. de prud.
Tiberius Cęsar amicis ad vltionem hortantibus, respondit, in Ciuitate libera, linguam, mentēque, liberam esse debere. Max. lib. 6.
Regum esse, non solum benefacere, sed mala etiam facientes audire. Panor. lib. 1. de reb. gest. Alphon.
Iniuria proprie est iniquitas, atq; iniustitia. Vlpian.
Paruas iniurias omnino negligite.
Læsus grauiter animus, dubiam non habet sententiam.
Offensus in lapide, offendens vero in puluere scribit.
Alienas tāquam vestras iniurias, nec spe, nec pretio, nolite vendicare.
Cum iniuriā intuleritis, nolite confidere mansuetudini illius, vel ignorantiæ.

Boni

Boni læsi grauius irascuntur.
Animo dolenti nolite credere.
Pro paruis rebus nolite contendere: Plurimi enim minimis ex causis periere.
Oriuntur autem seditiones non pro paruis rebus, sed ex paruis ad magna deueniunt, & maxime etiã paruæ corroborantur, quando fiunt in principalibus. Arist. 5. Polit. c. 4.
Iniuria nulla est maior, quam illa quæ fit ab amicis.
Iniuriã facientes, infęliciores sunt, quã qui patiũtur.
Iniuriæ memoria tenacissima est, beneficij breuissima.
Sæpius autem satius fuit dissimulare, quam vlcisci. Senec. c. 13. de simulat.
Nobilius est ignoscere, quam vindicare.
Iniuria in bonos non tentatur, nisi a malis. Senec. lib. 2. cap. 7.
Iniuriam facere peius esse, quam accipere. Brus. lib. 3. c. 4. ex Xen.
Quomodo rarissimam rem in aula consecutus esset senectutem, iniurias inquit accipiendo, & gratias agendo de ipsis. idem de dissimul. iniur.
Nihil est iucundius, & docto viro dignius,
Quam ferre posse conuitiantem.
Quoniam si ille cui conuitium fit,
Dissimulauerit, in ipsum auctorem redit. Philemon. in Elidea com.
Improbi consilium in extremum incidit malum.
Bonis bona euenire, sed malis mala.

DE ODIO.

Cap. XXXI.



ISSONANTIA est causa amoris. Thom. 1. 2. quæst. 29. art. 1. & 2.

Odium est maximum peccatum contra proximum. idem.

Odisti Domine omnes, qui operantur iniquitatẽ, & perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Psalm. 5.

Meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Salom. 27.

Qui odit fratrem suum, homicida est. Io. 1. c. 3.

Qui despicit proximum suum peccat, qui autem miseretur pauperis beatus erit. Salom. 14.

Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum saginatum cum odio. idem.

Non est prudentis errantes odisse, alioquin ipse odio erit. Sen. de Ira.

Odium est autem ira inueterata. Cic. lib. 4. Tus.

Odium semper solet esse inter pares.


Nouationem Regni, si odium capessere nolit, caueat ne introducat.

Odiẽtes plerumq. vt amaturi, semper amate, vt osuri, hoc autem, vt ad confidentiam pertinet.

Odium, & amor, & proprium commodum faciunt sæpe iudicem non cognoscere verum. Ar. 1. Rhe. c. 8.

Peiora odia sunt tecta, quã aperta, & agnosci amat, qui odium ostendit, Senec. in prouer.

In odio veteri difficile est confirmare fidelem reconciliationem. Guic. lib. 3.
Ex suspicione oritur offensio, cum offensione vero coniunctio, & amicitia cum inimicis offendentibus. idem 16.



DE AVARITIA.

Cap. XXXII.



AVARITIA generaliter est inordinatus amor habendi. S. Thom. 1. par. q. 63 art. 2.
Auaritia superabundat in amando, acquirendo, & retinendo, sed deficit in dando. Idem.
Qui confidit in diuitijs suis corruet. Salom. 11.
Substantia festinata minuetur, quę autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Salom. 13.
Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam, qui autem odit munera viuet. Salom. 15.
Qui odit auaritiam longi fient dies eius. Idem. 28.
Qui festinat ditari non erit innocens. Ibidem.
Vir, qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egestas superueniat ei. ibidem.
Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Ecc. 4.
Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias fru-

fructum non capiet ex eis. Eccl. 5.

Non solum auarus est, qui rapit aliena, sed ille auarus est, qui cupide seruat sua. Augus. in serm.

Insatiabilis est sola auaritia diuitum, semper rapit, & nunquā satiatur, neq; Deum timet, nec hominem reueretur, nec patri parcit, nec matrem agnoscit, nec fratri obtemperat, nec amico fidem seruat, Viduam opprimit, pupillum inuadit, liberos in seruitium vocat, testimonium falsum profert, res mortui occupat. Augus. de verb. Dom.

Auaritia est contra Deum, contra se, & contra proximum.

Auaro nihil est scelestius, nihil est iniquius, quam amare pecuniam: hic enim animam suam venalem habet. Eccl. 10.

Diuitiarum nullus est finis constitutus hominibus. Arist. 1. Polit. c. 5. & 6.

Auaritia est vitium capitale cuius filiæ sunt septem, scilicet proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & obduratio. S. Thom.

Auaro nihil autem est scelestius, nihil iniquius, quam amare pecuniam. Eccl. 10.

Auaritia est radix omniū malorum. Timo. 6. & 10.

Melius est parum cum timore Domini, quam thesauri magni, & insatiabiles cum peccato. Salom. 15.

Melius est parum cum iustitia, quam multi fructus cum iniquitate. Idem.

Melius est buccella sicca cum gaudio; quam domus plena victimis cum iurgio. idem 17.

Auarus vir destruit terram, Rex iustus eriget eam. Salom. 29.

In nullo auarus bonus est, in se pessimus.

Aua-

Auaritia in omnibus eſt damnanda, ſed in Principe non ferenda. Saluſt.

Seni ex tribus vitijs, quæ delectantur, ſola auaritia relicta eſt.

Auarum facile capies vbi non ſitis. idem.

Senes ſunt naturaliter auari.

Auaritia facit homines odioſos, & cauſatur ex nimio ſui amore. Caue crudeles terras, fuge litus auarũ.

Duæ ſunt res, quæ maxime homines ad maleficium impellunt, luxuries, & auaritia. Cic. 2. ad Heren.

Illi morbo, qui permanet in venas, & inhæret in viſceribus, nec inueteratus euelli poteſt, nomen eſt auaritia. Cic. 4. Tuſ.

Nullum eſt vitium tetrius, quam auaritia, non modo turpe eſt, ſed ſceleratum etiam, & nefarium.

Auarus in accipiendo nimius eſt, in dando parcus. Ariſt. lib. 2. Ethic. c. 7.

Aleatores, & fures, & latrones omnes auari putandi ſunt, qui in turpi quæſtu ſunt occupati. idem 4. Ethic. cap. 1.

Nullum eſt officium tam ſanctum, atq. ſolemne, quod non auaritia cõminuere, atq. violare ſoleat. Cic. pro Quin.

Nullum eſt vitium tetrius, quam auaritia, præſertim in Principibus, & Rempublicam gubernantibus. Cice. 2. de offic.

Magiſtratus omnibus auaritiæ ſordibus carere debet. Plato. lib. 3. de Repub.

Pecuniæ, Imperijq. libido ſunt quaſi materies omniũ malorum, namq. auaritia fidem, probitatem, cæteraſq. bonas artes ſubuertitur, proq. his ſuperbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia venalia habe-


re

re docuit. Saluſt. in Cat.
Qui multas poſſidet diuitias, ac cum triſtitia degit, is omnium mihi & præſentium, & futurorum, infœliciſſimus eſt. Theoph.
Denique auaritiæ, atque bonorum cœca cupido,
Quæ miſeros homines cogunt tranſcendere fines,
Semper auarus eget certum voto pete finem. Hora. epiſt. lib. 1. ep. 2.
Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſrit,
Et minus hanc optat, qui non habet. Iuuen. ſat. 14.
Turpe lucrum fugeas, damni namque inſtar habetur. Heſiod.
Quis diues? qui nil cupiat; quis pauper? auarus. Auſo.
Heu miſer in medijs ſitiens ſtat Tantalus vndis,
Et poma eſuriens proxima habere nequit.
Nomine mutato de te id dicetur auare,
Qui, quaſi non habeas, non frueris, quod habes.
And. Alciat. Embl. 84.



DE LVXVRIA.

Cap. XXXIII.



VXVRIA est appetitus inordinatus venereorum. Thom.2.2.q.153.

Luxuriæ filiæ sunt octo, scilicet cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis seculi, & disperatio futuri. idem.

Libidinis vitium facile ex otio nascitur, nam definitio amoris hęc est animę vagantis passio. Chrys. sup. Matth.

Luxuria debilitat corpus, facitq. ipsum hæreditare varias species nocumentorum, & dolorum. Auicen. 1. Cant. 154.

Luxuria, plerumq. aut hominem perdit, aut secum pœnitentiam affert.

Melius est, vt tu relinquas luxuriam, quam luxuria relinquat te.

Luxuria vincitur fugiendo.

Luxuria vero cum omni ætati sit turpis, tum maxime senibus fœdissima est. Cic. lib. 2. de off.

Esus carniũ, & potus vini, ventrisq. saturitas seminarium libidinis. Val. Max. lib. 9.

Luxuries vitijs, odijsq. superbia vertit. Claud. 3. Stib.

Certa quidem tantis causa est manifesta ruinis.
Luxuriæ nimium libera facta via est. Prop. lib. 11. Eleg. 3.

DE GVLA.

Cap. XXXIV.



ROPTER crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam. Eccl. 37.

Epulas qui diligit, in egeſtate erit, qui amat vinum, & pinguia non ditabitur. Salom. 21.

Per gulam Adam amiſerat immortalitatem. Chriſtus per abſtinentiam reparauit. Auguſ. lib. 10. c. de abſtinen.

Gula eſt immoderata cibi auiditas, vel inordinatus appetitus cibi, & potus. Thom. 2. 2. quæſt. 148. art. 1. Alber. Mag. in compen. lib. 3. c. 10.

Gula plures occidit, quam gladius, eſtq. fomes omnium malorum. Fir. Patrich. de Repub. lib. 5. c. 8.

Multos morbos fercula multa ferunt, innumerabileſq. morbi innumerabiles coquos numerant. Senec. Rhet. cap. 7.

Gulæ cupediæ pauperes faciunt, aut morboſos.


Vinum, gutturis vitium, & ventris, non modo minuit ætatem homnibus, ſed etiam aufert. Cic. pro. Marcell.

Gulæ ſunt quinque ſpecies, ſcilicet propere, laute, nimis, ardenter, ſtudiosè.

Gula aufert omnes virtutes ratione vitiorum, quæ oriuntur ex ea.

Gulæ ſaturitas nimia aciem mentis obtundit, ingeniumque

niumque euertere facit. Isid. lib. 1. de. sum. bon.
Aedes plenas esse conuiuarum, & mulierum, miserrimum est opus. Plaut. in Most.



DE SVPERBIA.

Cap. XXXV.



VPERBI semper contentiosi. Salom. 13. vers. x.

Superbi deiecti a Deo. Isa. 29. 20.

Radix quippe cuncti mali, & regina omnium vitiorum, superbia est. Septem principalia vitia proferuntur, scilicet inanis gloria, inuidia, ira, tristitia, auaritia, ventris ingluuies, & luxuria. Greg. in moral.

Superbia de superis cœlestibus ad ima præcipitat, humulitas ab imis ad alta leuat. Bernar. Serm. 3.

Omnis fere vitiosus diligit sibi similem, solus superbus odit elatum, vnde inter superbos semper sunt iurgia. Inno. de Vtil. condit. hum.

Superbus, qui & egenus est, in carne crepat, in corde mendicat, inflatus est non plenus. Hier. 29. de cord. dom.

Difficile est vt non sit superbus, qui diues est, tolle superbiam, diuitiæ non nocebunt. Idem 29.

Diuitiarum morbus superbia est, nã grandis animus, qui

qui inter diuitias isto morbo non tenetur. August. serm. 24.

Timor domini odit malum, arrogātiam, & superbiā, & viam prauā, & os bilingue detestor. Salo.c.8.13.

Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiā. Iacob. lib.1.c.4.

Superbia anteit ruinam, estque illius proximè venturæ indicium certissimum. Salom. 11. vers.20. Agapet. 4. Cumin. 21.

Superbiam regum, quamtumuis potentum, & opulentorum à Deo punitur. Herod. lib.7.

Superbia vbi fuerit ibi erit & contumelia, vbi autem est humilitas, ibi & sapientia. Salom.13

Inter superbos semper sunt iurgia. Salo.13.10.

Superbia est initium omnis peccati, qui tenuerit illā adimplebitur maledictis, & subuertet eū in finem. Eccl.c.10.

Superborum memoriam perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. idem.

Superbi reges terræ nō sint, sed humiles. Augus. lib. 8.

Odibilis coram Deo est, & omnibus superbia. idem.

Superbus, & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur superbiam, Sal.

Superbia multos precario parit hostes.

Superbia, & auaritia sunt radices omnium peccatorum. Ansel. sup. epist. ad Tim.

Superbia est Regina omnium malorum. Greg.

Pœna propria superborum est discordia. August. lib. de Amicit.

Superbia prima origo inuidiæ.

Superbiam fastidium, arrogantiamq. magnopere fugiamus. Cic. 1. offic.

Su-

Superbia in iudice non est ferenda.
Superbia, temeritasq. populorum iniusta bella suscipientium eos perdit funditus, æquitas autem, & moderatio differentium, donec iuste id, & commode possint facere, eos seruat, & tandem victores efficit. Thucyd. li. 7.
Superbiam, & crudelitatem, & si sero, non leues tamen sequi solent pœnæ. Tit. Liu. 1.
Superbiæ nullus euitat pœnam.
Quando fortunatus es maxime, ne superbias. Menan.
Quicumq. ciuium vir arrogans fuerit,
Is nec amicis, nec toti ciuitati familiarem se præbet. Eurypid.
Fœlicitas solet excitare superbiam. Menand.
Inquinat egregios adiuncta superbia mores. Claud. 4. Honor.
Superbia commune nobilitatis malum. Salust. in bell. Iug.
Superbus sæpe contrarium, quod optat, consequitur. Chrysost.
In superbiā tanto facilius quis incidit, quanto ex humiliori gradu ad dignitates euehitur. Ber. super Cant. serm. 59.
Superbia non est sine pusillanimitate. idem.
Superbi ea, quæ recte sentiunt, recte proferre non possunt. Greg. 23. Moral.
Superbi afflictorum tribulationibus non compatiuntur. idem 25.
Superbia consortium odit. August. epist. 120.

DE INVIDIA.

Cap. XXXVI.



NVIDIA eſt triſtitia de bono alterius in quantum æſtimatur diminuere gloriam propriam. S. Thom. 2. 2. quęſt. 36. art. 1. Io. Damaſ. c. 7.

Inuidia eſt vitium capitale, cuius ſunt quinq. filiæ, ſcilicet odiū, vſutractio, detractio, exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis. Th. idem.

Qui in ruina lætatur alterius non erit impunitus. Salom. 17.

Vir, qui feſtinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quod egeſtas ſuperueniet ei, Salom. 28. 23.

Inuidia radix eſt omnium malorum, fons cladium, ſeminarium delictorū, materia culparū. Hinc vultus minax, toruus aſpectus, pallor in facie, in labijs tremor, ſtridor in dētibus, verba rabida, effręnata conuicia, manus ad cędes, violentia prompta, odio tamen furiatę mentis armata. Cypr. in ſer. de Liuo.

Fuge inuidiam, quæ non ſolum alienos, verum multo magis eum, quem poſſederit, lacerare conſueuit. Ambroſ. de fug. ſecul.

Inuidia ſemper ſibi eſt inimica, nam qui inuidet, ſibi quidē ignominiā facit, illi autem cui inuidet gloriam parit. Chryſ. ſuper Matth.

Eos, qui vos ſolum ob inuidiam oderunt, amicos futuros nunquam ſperate.

Cum inuidia laboraueritis, vtile, & honeſtum negotium


tium ei, quod quæritis, prætendite.
Est etiam pars inuidiæ lætari de aliena fœlicitate.
Inuidia est ęgritudo ex alterius rebus secundis. Cic. 3. Tusc.
Inuidus alterius rebus marcescit opimis. Horat.
Inuidia virtute parta, non inuidia, sed gloria putanda est. Cice. in Caton.
Inuidia vt plurimũ nascitur ex superbia. Gre. 5. mor.
Iuuidia seditionis parit initium. Democ.
Inuidiæ motus longe omniũ acerrimus. Cic. 2. de or.
Inuidia macerat, & lacerat homines. Lucret. lib. 3.
Nihil homini est tam timendum, quam inuidia.
Inuidi vero præter sua mala bonis etiam alienis contristari pergunt. Stob. serm. de inuid.
Aduersus inuidiam nihil prodest vera dicere. Demos. 2. epist.

Pallor in ore sedet, macies in corpore toto,
Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle uirent, lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi cum visi fuere dolores.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis,
Sed videt ingratos, intabescitq. videndo.
Successus hominum carpitq. & carpitur vna.
Suppliciumq. suum est. Ouid. 2. Meta. Fab. 15.

Sicut rubigo ferrum, ita inuidia inuidos consumit. Antist. apud Diogen. lib. 6.
Si quis inuidet viro fortunato, is etiam patriæ, ac toti Reip. deniq. sibi ipsi inuidet. Euseb. apud Stob.
Iter facientes per solem, necessario comitatur vmbra, incedentibus vero per gloriam comes est inuidia. ibidem.

DE IRA.

Cap. XXXVII.



IRAE alterius cedendum potius quam resistendum, & repugnandum. Genes. 27.42. Matth. 2. 13.

Iram suam fatuus statim indicat, qui autem dissimulat iniuriam callidus est. Salom 12.

Iracundus vir prouocat rixas, qui patiens est mitigat suscitatas. Salom. 15, 19.

Iracundia, & zelus dies minuit, & senectam ante tempus obrepere sinit. Eccl. 30.

Ira est omnis malus motus animi ad nocendum.

Iræ filiæ sunt sex, scilicet rixa, tremor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blasphemia. S. Thom.

Omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Matth. 5.

Animus gaudens ætatem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa. Salom. 17.

Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Salom. 26.

Iracũdus vir prouocat rixas, & qui ad indignandum facilis est, erit ad pacandum procliuior. Salom. 29.

Iram frangit responsio mollis, sermo durus suscitat furorem. Salom. 15.

Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Salom. 26.

Noli esse amicus homini iracundo, neq. ambules cũ uiro furioso, ne forte discas semitas eius. Salom. 22

Ira

Ira est cupiditas puniendi eius, à quo te inique putas læsum. Posid.

Iracundo Principi consilium uix, ac ne uix quidem tute dari potest. Herod. lib. 3.

Iræ, & contentiones sunt inter fratres acerbissimæ, qui se nimium amant hi se nimium oderunt. Arist. 7. Polit. c. 7.

Ira est furor non generalis, & stulticia ferox, ac temeraria, propterea ad iratos ne accedite.

Cum his, qui proditores sunt, ac superbi, iracundiq; deterius ducite irasci quam tollere.

Mementote, quod non vidi unquã hominem iracundum qui recte aliquid fecerit.

Cœca est ira, & sæpe nõ sinit cernere, quæ apertissima sunt, & percepta sæpe obscurat. Chrysip. apud Plut. de Vint. mor.

Ira res est impetuosissima ad aggredienda pericula. Aris. 2. Ethic.

Iræ gradus triplex, scilicet in corde, ore, & opere.

Ira est magis ad amicos iniuriantes, quam ad alios.

Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita vt ad exteriora membra deriuetur.

Iræ effectus, & signa sunt quinque, scilicet palpitatio cordis, tremor corporis, inflatio faciei, & exasperatio oculorum, & clamor irrationabilis.


Per iram sapientia perditur, vt quid, quove ordine agendum sit nesciatur. Greg. 5. moral.

Ira inter cæteras passiones magis impedit vsum, & iudicium rationis.

Ira potentum, tumensq. indignatio non commouenda. Plut. apud Diog. Laert. lib. 8.

Ira causat inconstantiam.

Ira est initium insaniç. Cic. 4. Tus.
Ira semper procul absit, cum qua nihil recte, nihil considerate fieri potest.
Ira contentioq. melius soluitur blandis verbis, & benignitate, quam repugnando.
Iratos dominos semper oportet fugere.
Ira sine viribus vana. Liui. 1. Decad. lib. 1.
Iræ affectus nisi curentur, & castigentur, in naturalem morbum abeunt. Apoll. aput Stob.
Ira parit morbos.
Irasci hominis est, iracundiæ autem finem ponere Christiani. Hier. ad Demetr.
Iræ finis est principium pœnitentiæ.
Iram tempus quietat. Arist. 2. Reth.
Remedium optimum contra iram est surdum, ac mutum se fingere, vel propriam fragilitatem recognoscere.
Iræ maximum remedium, est mora. Sene. de ira lib. 2.
Ex ira scio cuncta prodire mala. Cheræmon.
Vince animos, iramq. tuam, qui cætera vincis. Ouid. epist. 3.
Cum spirat ira sanguinem, nescit regi.
Iratus nihil nisi crimina loquitur. Senec. in Thyest. trag. 2.



DE

DE MENDACIO.

Cap. XXXVIII.



ENDACIVM est falsa vocis significatio, cum intentione fallendi. August. lib. de men.

Mendacia inter maxima scelera sunt numerata. Salom. 57.

Noli amare mendacium aduersus fratrem tuum, neq; in amicum tuum similiter facies. Eccl. 7.

Lingua fallax non amat veritatem, & os lubricum operatur ruinas. Salom. 26.

Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. Psal. 5.

Mendacium à principe alienũ esse debet. Salom. 17. 7.

Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. Salom. 29.

Væ duplici corde, & labijs scelestis. Eccl. 2.

Falsus testis non erit impunitus, & qui loquitur mendacia peribit. Salom. 19.

Qui fodit foueam incidet in eam, & qui voluit lapidem reuertẽtur ad eum. Idem 29.

Tria sunt quæ valde odit Deus, diuitem mendacem, pauperem superbum, & senem fatuum, & insensatum. Eccl. 25.

Mendax lucratur vt veritas, cùm dixerit, ei non credatur. Antist. apud Diogen. li 5.

Cauete cum veram causam tuemini, ne confictis mendacijs eam infirmetis.

Vt mendacijs locus non ſit aſſueſcite veritati, de rebus magnis agite, atq. ne argui poſſint cauete.

Nolite vnquam mentiri,ſed circumuenite.

Mendacem ſciatis, aut ſtultum eſſe, aut à fure, & proditore abeſſe parum.

Mendacium eſt fons omnium fere malorum, quibus ſurſum deorſum turbatur vita mortalis. Max.

Mendacium omnes homines,Dijq; oderunt.

Mendacio,& mendaci nulla fides.

Vbi quis ſemel peierarit,ei credi poſtea,etiam ſi per plures Deos iuret,non conuenit. Cic.pro C.Rab.

Qui in mendacio confidit cito deficiet. Laert.Diog. de vit. & mor.philo. Homer. in.1.Iliad.

Exoſus enim mihi ille veluti inferni portæ,

Qui aliud quidem occultum habet in mente, aliud vero ore profert. Phocylides.

Mendacia noli dicere,ſed vera omnia loquere.

Noli aliam occultare in corde ſententiam, & aliam proferre,

Mendaciũ odit omnis prudens,& ſapiens.Cleobulus.

Mentiens nullus latet ad multum tempus.Menand.

Profectò intolerabilis res eſt, mendacia loqui. Menander Com. Poet.

Bonis falſa dicere non conuenit. Cherem.Com Poet.



DE

DE ADVERSIS.

Cap. XXXVIIII.



D virtutes ſpectat, tribulationes fortiter ſuſtinere, ad ſapientiam, in tribulationibus gaudere. Bernard. ſuper Cant. Serm. 85.

Aduerſitates, quę nobis eueniũt, nobis ipſis ſunt imputandæ, & non Deo. Auguſ. lib. x.

Tribulationem patimur in omnibus, ſed non anguſtiamur; aperiamur, ſed non deſtituimur; perſecutionẽ patimur, ſed nõ derelinquimur. Corin. 24.

Beatus vir, qui ſuffert tentationem. Iacob. 1.

Omnes, qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutiones patiuntur. Timot. 2. 3.

Conſcientia rectę voluntatis maxima conſolatio eſt rerum incommodarum.

Quæ contingunt nobis volentibus totum ferme librum exigunt.


Hoc ſolum ergo docere expedit, cũ ſenex aliquo infortunio, aut iniuria premitur, pati turpe, ac triſte, obuiam ire velle inſani, cõſolari poſſe durum; ergo diſcedere ante caſum; aut leonina fuga, vel ſi mitius malum eſt, exemplum philomeniarum amplectaris, imiteriſque.

Neq; ſecundarum rerum prouentu inſolenter abuti, neq; aduerſis propere debilitari oportet. Val. Max. lib. 8.

Ama deum, & noli errare, fac bonum, & noli timere.

Magna-

Magnanimi est, neq; secundis rebus insolescere, neq. deijci aduersis. Cic. 1. Off.
Melius est præuenire, quam præueniri.
Vis nunquam esse tristis bene viue, bona vita semper gaudium habet. Hugo. 3. de Anim.
Leuiter ferre oportet mortalem existentem calamitates. Eurip.
Si recte facies, hic murus aheneus esto. Horat.
Nil conscire sibi nulla pallescere culpa. Ibid.
Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Virg.
Quod durum fuit pati
Meminisse dulce est. Senec.




DE ANIMALIVM educatione. Cap. XXXX.



DE Mulo nolite fidere.
Equum, aut nullum, aut egregium alite, in via nunquam liberum relinquite.
Canes nec feras nolite habere in Domo.
Qui ponit pecunias suas in animalibus, de sero ridet, de mane lacrymatur.
In vltimo animalia ne alatis, vltra partem millesimam redituum.
Equos, aut mulos, quos equitare vultis, blanditer tractate

ctate, panem naribus præbere, neque enim cadentes, vel liberi dimissi negocium facessent.



CONCLVSIO.

Cap. XXXXI.


ON est necesse hæc omnia ad fœlicitatem obseruare, sed tamen, qui omnia hęc obseruauerit, fœlix erit: longe autem facilius est hęc scire, quam exequi.




FINIS.

INDEX CAPITVM.



De



APPROBATIO.

LIbellum hunc cui titulus, Promptuarium bene recteq; viuendi, ex commissione Reuerendissimi Patris Magistri Sacri Palatij à me perlectum, nihil continere quod bonos mores aut fidem catholicam lædat, testificor.

Ego Antonius Aijossus
Clericus Regularis.

